pænitere G. 6. posuerint U, (*sed primo fuit* posuerunt), posuert G. 7. ni sibi) nisi — inquiunt. 9. imperio *om.* G. 10. hostes vocassent — publius G. 11. urbis in dies. 12. actum (*om.* cum) — publilius U, publius G — quoad bellatum. 13. samnium (*om.* iam). 15. oriens de) oriente. 17. a tribunis tamen — petilium — mugilanum. XXIV. 1. Alexandriam — egipto — epyri U. 3. ex molossi defluentem. 4. ut ceterum — heracliam taurentinorum G — ac Terinam) acerinam — massepiorum — illustres familias G. 5. tris. 7. inundantes. 8. reditus. 9. congressus. 11. abhominandum. 13. quod ubi. 14. ad ludibrium retenta. 15. multato. 17. olimpiadem — epyri U. 18. epyrensis U. XXV *). 2. agentibus U. 3. fuerat U², fuerant U¹. 4. alife calife rufrium. 6. suismet ipsis — iam (*om.* in). 12. inceptis) inceptum — quam qua (*primo fuisse videtur* quamqua). 13. eam occupandam. XXVI. 1. nifius. 3. ubi) ibi — nyfius — receptus U¹, receptis U². 4. eversam — viam — ferentem — pericula. 5. domum. 6. a samnitibus. XXVII. 2. eo etiam) ceci | iam U. 5. ars ferendis. 6. lucanorum quidam — multati. 8. clamore suo cogunt. 9. mittantur. XXVIII. 1. plebi. 2. is *om.* — c. publius — poterat — accenderunt. ut. 3. crediti) credit. 6. indignatione — liberorumque. 8. vinctum. XXIX. 3. quamquam nova (*om.* in). 4. omne genus — bello *om.* — quo si (s *eras.*) — attingeretur U², tangeretur U¹ — hostes habendos. 9. iussuque — rutilianus — ta ingruente. 13. abortus — aut vulnerum — ungiliam. 14. arguerant. XXX. 1. vertitur. 2. pullarib. 3. Q. *om.* — apud hostes (*supra vs.*) — esse *om.* — vocant) vacuum. 5. qd si. 6. frenos equis U², frenos equos U¹ — latæ. 7. ægregiæ — scriptores) auctores (*ex sup. vs.*). 10. laude. XXXI. 3. eadem) eteadem U², etadem U¹. 4. manci) mancipi — hoc nunc accensum dictatorem. 5. ab ullo. 6. *post* equitum *ex* § *7 in* U *inserta sunt*: tunc inuicto rem velut in capto exercitu — militibus esse) militibus minatus esset — si possit. 7. ignem summa) ignominiam suam — exstinxisset tunc ... dominantem) exstinxisset dominantem. XXXII. 2. concitavit. 4. diis. 7. quo tu. 8. est respondeat — mittat — accæde. 9. singula *om.* XXXIII. 2. cum præ) præ. 3. conventione. 5. ex castris et — prehendi. 8. Tullius — hostilius *supra vs. add.* U. 9. in contionem itur) igitur in contionem —, quum *om.* — ascendisset. 12. nec plebis. 13. interesset. 16. habuisset — delegerit. 17. anquisitum) conquisitum — nullum ad. 18. secures U², sequeres U¹. 19. ultro. XXXIV. 3. faciles de — militari. 5. ejus iure diminuturum. 6. dictatore) dicta-

*) Ab hoc capite usque ad lib. X codicem G non contuli.

terem et. 9. impacato — errarent — sola (*om.* se) — noctene — æquo) e quo (*rasura; videtur primo fuisse ut in* P: et quo) — iussu *om.* 11. tribuni pl. XXXV. 1. sua iam vice. 5. non noxiæ — noxæ damnatus. 6. quam qua) quā. 8. digressum. 10. recessit. 12. fabio esset — ei populo. XXXVI. 1. magistro equitum *om.* U. 4. loco (*om.* ita). 5. comitati. 6. ipse... nominatim legatis *in summo fol. add.* U. circum) circūiens — singulos — demandat. 7. dexter egit. 9. nec insidiis. 11. Samnites subacti. 12. commendantes causam suam. XXXVII. 2. agebatur. 3. aulum — samnitiumque evastatus — portæ plenæ. 8. fabia — fabius — quod) quorum. 9. circuit. 12. in poena tam atroces — candidatum fore datum ferre populum solitum. XXXVIII. 3. nox iam ut appetebant. 5. nec pedestres. 6. copiis samnis) copiis annisus. 7. p̄gredi. 10. et hercule — tercia diei concursum est — quisque — obnixis — defetigationem. 15. omni *om.* — equosque (*om.* se). 16. erunt curæ. XXXIX. 1. qualis quæ. 3. circumductus alis *om.* U — ab tergo U², ab tergo hostium U¹. 4. accedens. 9. pedestris restantes. 12. bruculi. 14. censuere — suplicio. XL. 2. plaucius. 4. familia — fallente.

Subscr. in U: Titi Livii ab urbe condita lib. VIII. explic̄. incip̄. Lib. VIIII.

Lib. IX. I. 3. nihil ne. 4. cordi fuisse — dedimus. II. 1. locat) ducit). 3. circumsidere. 4. iam et is — inter eos. 5. dubium erat — qui irent. 9. remisso — quum ad) quō ad — obiacentem molem. 12. consulis. 14. consensione. 15. in consilio. III. 1. viarum alius — vicimus. 3. venies. 4. nox *om.* — poncii patrem. 5. abcesserat — animis consiliisque is. 6. romanos exercitus — inviolatos *supra vs. add.* U. 8. acciret) acciperet — in primis *s. vs. add.* 9. locutus est — suæ *om.* 10. priori (*om.* se) — esset *om.* 11. percunctando exquirerent — quid si) qd si. 12. ea est) est. 13. vivat — neque eos. IV. 5. ad se redire. 6. appetendam. 7. qui tum — ac. 9. illis ut. 10. medios me. 14. a veis. V. 4. consules præfecti legati. 5. et p̈ter. 7. missos lapsos. 8. dexteras. VI. 2. quidam) quidem. 3. ita traducti) introducti. 5. nuntiatum U², auditum U¹. 11. abiectiores. 12. tacere — non salutantibus. 13. sicut ante gallos *om.* U. VII. 1. acalavius. 6. etiam) et. 7. consensu. 8. mæstior U², mæstiori U¹. 13. p̄. æmilium. 14. suffectus. 15. corvinus. VIII. 1. inierunt) indi|derunt — senatus consultis) s̄.c̄. his. 2. sp̄.) s̄.c̄. (*in rasura*). 3. qua ... qua) tam ... quam. 7. in deditionem nostram. 10. ita cum) cum. 12. quod vir ... plebis qui (§ 14) *om.* U (*post*

miserarentur *inculcata sunt;* cum autem tribuni dixissent). 15. possent. IX. 1. dedite interea dedite — quum primo. 2. hic U², hoc U¹. 4. sponsores. 6. res agitur. 7. est in quo — populus) p. r. — fors ita moveat. 9. quæsierit — ne consulis — nec pro. 16. civem) quin. 19. interim tu veturi — sponsionis. X. 7. postumium laxæ — adduces. 9. hice. 10. quantū maxime. XI. 5. qua ante. 6. defiet U², deficiet U¹ — porsennæ. 9. hosti tibi. 10. obligatam) oblitam. 13. publica et sua. XII. 1. omniaq. quæ — venerunt. 3. nullo dum) nullo U¹, nullo tum U². 5. utrosque (*om.* usque). 8. tuciorque U², timorque U¹ — ceteris pavor *om.* — igne. 9. provincias partiti — publius. 11. publio. XIII. 1. publius. 7. contemptu. 10. et obsessis — advenit) uenit (*supra add.* ad) — montibus samnitibus. 11. publii — vagus) vacuis — fecerat) fecit (*ex sup. vs.*). XIV. 2. accitoque . . . proposuit *om.* U. 5. ferre. 12. ac minis) agminis. 14. insaciabilis fuisse supplicii futuros — — præpedissent. 16. esse fateri (*om.* ac). XV. 2. publius. 5. arma et sarcinas. 7. amiserant. 8. cum ceteris sub iugum. 10. consulum papyrii publiique. 11. aulo. XVI. 1. aulus — ferentanis — quo se) quo se ipsa. 3. satricæ. 5. de ea (*om.* re). 6. destinebant. 7. tum præsidium — excussurum — nocte nuntiare (*om.* esset). 8. consulibus — clam nocte. 9. oppressum est (*om.* et). 11. auctores sunt sub iugum missos (*supra* samnitesq. *scriptum fuit* sub iugum missos, *sed erasum est*). 13. ferunt et — crurum) virium. 17. pretor prænestinus. 18. perfusumque vultum. XVII. 1. diverticula. 2. cogitationibus *supra vs. add.* U — volutavit — ea se vocat in medium. 3. ingenua. 4. intuens — præstantia invictum. 7. romanos nec romanos omnes nec omnium. 8. corvinum — rutilium — mallium — volumium. 10. in artes — ordinata in usum modum U (*sed* modum *expunctum*). 11. iuvenes ii) iuvenes duo. 12. mallius — corvinus. 13. illius animi. 14. iuvenis unus — quem qui dixit ex regibus constare qui unus. 16. Dario. 17. comisabundus — incessisset. XVIII. 3. Dario. 4. vinum epulasque. 6. potuerit (*supra scr.* non). 7. cernentes — ausi sunt. 9. cum populis. 17. pignora. 18. plus eo. 19. magnitudine rerum. XIX. 2. ducentena. 4. apulisque — omnis ora — a thuris — neapoli — cumis tenus samnites — bello fractos — hostis ipse. 5. vete | ribus — et VII milibus. 7. arma clipeus sarisæque illis id est hastæ — ictū missuque. 8. ordinē servans — facilis ingenti iam in opere *supra vs. add.* 10. ne illæ. 13. armaret et. 15. aperte acie. 16. equitem) equidem XX. 1. m. ollius. 5. capuam) capuani — prætore) pr̄. *supra vs.* — utrimque. 6. cufentina — falerina. 9. Forento) florente — perrectum U², perfec-

tum U^1. 10. romanæ disciplinæ — qui sine (*supra scr.* se). XXI. 1. popilio. 2. satriculam. 3. satricani. 6. satriculæ — postiam. XXII. 1. satriculam. 2. plistiam. 3. tantum) tanti. 4. aulius) duilius. 5. tum) cum — fortunæ — insignis — ederent. 6. quod tam — iteravit. 7. equum U^2, equitum U^1 (*paulo supra:* equitum). 8. aulum. 9. fatri — di *om.* 10. auli. 11. satricula (*bis*) — plistiæ — plistia. XXIII. 3. pvenisset (*om.* et). 5. apud quosdam | auctores. 7. cum aliquot (*om.* per). 10. si omnes. 12. operæ U^2, ope U^1. 13. incendant. 14. et ea oratione. 17. victoria tam lætum. XXIV. 1. poetilius. 4. visus) iussus — VII milia. 5. diurnæ U^2, diuturnæ U^1. 6. asperis. 8. viri fortissimi. 9. dicurrit — pro vestra fide. 9. defendite, ite. 10. incedens. 14. infandæ (*om.* et). XXV. 3. quosdam inquirendos — urbium proditione. 4. vescina. 5. audierunt — samnites. 6. claudentis. XXVI. 2. internetionem. 7. moenius — folium — sive is timor — conscientiæ vis — calabios obvium novuumque. 8. sed universos. 9. et contiones — fine ulla. 10. homines nobiles. 13. moenius — contione. 14. conitionibus. 15. quoniam quidem — quam pro meo. 16. appellationum. 17. quam (*om.* ut). 19. negotium ab senatu — folium. 20. folius. 21. publius. 22. per pclara. XXVII. 2. si quis. 4. dimittunt — in conspectu. 5. moræ quia. 6. vires U^2, virtutes U^1. 7. cum ad proelium irent. 8. qua et) quia et — circumveniendos (*sed paulo post* circuirentur). 10. evertit. 11. non petilius . . . a suis *in mg. add.* U. 13. consulum — advenerat — visa etiam mox. XXVIII. 2. consulibus) hominibus — m. folio. 4. contulerat. 5. nam et frequenter. 6. ad cons. — utinam et calatiam. 7. suessæ et pontiæ — pontiam. 8. et internam casinum — senati consultum) sicut — Decius) decius m. valerio. p. decio cons. XXIX. 3. consuli — persequenti. 4. ultra 5. eo anno clara. 6. munivit viam. 9. poticia gens — docuerat. 10. dictu — dimovendis — posset. 11. deorum. XXX. 2. parvique — ordine quo — fuerat U^2, fuerant U^1. 3. ministeria) imperia. 5, tybur (*sic et* § 6). 8. epularum causa. 9. somno *om.* — lux eos. 10. bellorum ingentium. XXXI. 2. cluviani — nequiuerant — verberibus (*om.* que). 5. in hostem. 6. præpotenti — romano — populando. 7. transfugere — ducerentur expeditæ. 8. insedit et. 9. in veteri. 12. nudatum viribus. 13. iniquo loco successum erat. 15. institisse U^2, instituisse U^1 — easdemque se. XXXII. 1. claustra U^2, castra U^1. 4. thesseram. 5. intenti *om.* 6. segnius (*om.* a). 11. rei memoriæ dignæ. XXXIII. 2. rutilius — abduxit. 3. quæ velut fatalis — ac plebe *om.* 5. semphronius. 6. mensium. 8. magnopere — quorum (*om.* in) — quodcumque postremum;

XXXIV. 1. est inquit — in unum annum. 5. iter obsessit. 7. omnis — quam ulli — hanc postremum — antiqua abrogat novā. 9. C.) m̄. — qui quid) quicquid — male facere. 10. intra certum. 11. an hunc (*om.* non) — creatum *om.* — semenstri — audaciter. 13. isti *om.* 14. g̃. moenius (*supra vs. add.* dictator). 14. obiectus ab. 16. inquis — et solus (*om.* geram.). 17. quem ne in) qui gerat. ne in U — locum *om.* 18. cui fit) qd fit (*l.* sit). 19. antiquorū — hujus urbis — auspicio deorum — obstinxeris. 20. quo) qua — demortuo collega in locum eius alius subrogatus est mortuo collega g. iulio censore. 21. tamen) tunc. 22. exit. 24. hæc qua. 25. non patiar. XXXV. 1. tristius fuit tamen. 2. adiuvaret et — flectit paulum — aspera erant. 5. ictà. 7. fuga) pugnæ fuga. 8. agmine pene — ætruscorum milibus — hostium) hominum. XXXVI. 1. aditi — ea intrare. 2. tunc — frater eum) fratrem m̄. — professum. 3. Cæræ. 4. vero est. 5. deprehendi — ire. 6. cæsisque — vestes. 7. amicitiaque inde. 9. subsistit — se | recepit. 11. opulentia. 13. latæ. 14. senatus *om.* XXXVII. 1. concitaveratque indignatione. 3. hostium ad. 4. ubi quoque postquam stationes — defferri. 8. dolabræ. *om.* 9. æstivas — maximæ quietis — prorupto. 10. ad consules. 11. opprimerentur. 12. Crotone. XXXVIII. 1. C. *om.* — rutilius. 2. in campania. 3. prædæ parte. 4. quincii. 5. armis) armatu. 7. optinendum — marsos sabinosque. 11. publico bono. 14. cuius cum — mentione facti U², factione facti U¹. 16. terciam etiam. XXXIX. 1. die *om.* 4. cū umumbrorum — quia coeptam) qui acceptam — pugnam) pugnam. interea res et in ætruria gestæ. 5. vadimoniis. 6. ipsa commissa certamine. 8. ordines *om.* — per arma et corpora. 10. tum — semel) simul. 11. fortunam vertere — habundandantes — eodem) eorum. XL. 1. par. 2. scuti *supra vs. add.* U — quam pectus — fastigio U², fatigio U¹. 3. galæe — subsistunt. 5. verius) veruus. 6. virtutem (*s. vs. add.* esse). 7. cornu ipse subsistit. 9. intulissent. 11. studia) stipendia. 16. argentariorum. 18. cum reliquis — fidem induciarum. 20. missis ad senatum. XLI. collega datur. 3. is. *om.* — falaternam — cum — petentis. 5. erat) evenit. 6. uolsiniensium — nomem. 7. exercitui — binæ (*om.* et). 8. in *om.* 16. poenas expeteret — minati sunt. 17. ante concentum) deinde contentu. 19. sternunt. 20. in amitiam. XLII. 3. abdicavit. 4. Salentini. 5. gratam) ratā gracia. 6. superesset. 8. seorsum. 11. henici — alternatem. XLIII. 1. Calacia. 2. martio (10. 11. 22.). 4. possei (*om.* et) — agere — manarat. 5. ac vetustatæ gentis gloriæ. 6. bimenstri. 13. hisque. 15. perrupit. 16. tutum) totum — nec signo) et signo. 21. mensium — hernicis U²,

herennicis U. 23. alternati. 25. C. *om.* — maximæ viæ. XLIV. 1. p. detio. 2. potuerant — t̄. minutius. 4. memoriæne fuerit. 5. campum) capū. 7. dubiæ. 8. adduxisse — munitis) minutis. 10. quæ luci proxima est U (*supra scr.* l. qua ducī proxime potest). 12. unum et XXX. 13. sex et XXX. — Cellius. 14. urbs) ubi — coeptum. 15. minutium. 16. cersennia. XLV. 1. averrione. 4. benigno. 5. ministraverant. 6. agebant. 7. agebant — quantopere — optantium foret. 8. in consiliis. 10. similes. 12. vertisset. 13. in urbes. 14. romanis signis. 17. et XXX) et LX — internetionem. 18. feretrani. XLVI. 1. c̄n fulvius — c̄n. filius *om.* — callidus U², caldus U¹. 2. pro tribu | no. 3. aliquando. 5. in penetrabilibus. 6. dedicare . . . ne quis *om.* 7. aramve) aut aram — dedicare. 9. assedebant. 10. fabium duxerat — app. claudii censoris. 11. nemo ratam) remoratam — opes urbanas — corrumpit. 13. tendebat) tenebat. 15. non peperat.

Subscr. in U: Titi Livii ab urbe condita lib. VIIII. explic̄. incip̄. lib̄. X. feliciter.

Lib. X. I. 1. L. *om.* UG. 2. sex) VII UG — soras — fuerant — samnite. 4. in umbria. 5. et ex eo) ex eo — specu eius. 7. Livio dentice — ā emilio. 8. terrorem romæ U. 9. is *om.* II. 1. cleonimo (§ 3) — thurios — salentinis — salentinoque. 3. emissum. 4. brundusii U¹, brundisii U² — promunctorium — ventis) vectis G — latus cum) lacessitū — illirici — istri gentes) striges. 5. audissent — campestris — cernit — collis. 6. præalti quo) præ aliquo — possent *om.* — vidisset — medulacus. 7. gravis summas. 8. levi præsidio. 9. alteram in — avio) altero. 10. in palatos) in pelagi — venetii. 11. cleonimum *supra vs. add.* U. 13. ostium) hostium. 14. vix Cleonimus quanta parte U, vir cleonimus quanta parte G. 15. in oppidi (*om.* flumine) U. III. 2. ubi cilnium) ibi per licinium U, ibi per linicium G. — pelli) plebis. 3. itaque) est itaque. 4. ex magnimi U¹, ex magimi G U². 5. intra paucos dies. 6. romam *om.* 7. alia parte — tum maxime. 8. dimicarit. IV. 1. romæ. 5. inde *om.* — rosulanum — ex bene U², et bene U¹. 7. deusti) destituti — in conspectu — præsidii r̄. U — gn̄. 8. sub ipsas *om.* 9. acerites — iniussu *supra vs. add.* U — nec tunc — movere. 10. jam magis. V. 4. legiones) regiones. 5. fretus esse *om.* — nec (*om.* se). 6. capiundum) capiunt dum — timeret) sumeret — qua U²G, qui U¹. 7. in incompositosque. 8. auxilium (*om.* iam) — nec ea) nec hec ex — longinqua. 11. agger) ager — atque ea) atque eua (*supra scr. glossa:* interieetio) U, atque

eua interiectio G. 12. iterum fractæ — mensium. 13. tantum *om.* — cilnio) licinio. 14. tradidere) credidere. VI. 1. res foris — adversi. 3. quietam et exoneratam deducta — gn̄. — oguiniis. 4. consularis. 6. augueri — IIII^or pontifices. v. augures de plebe omnes allegerentur quemadmodum ad IIII. augurum numerum *in summo fol. add.* U. 7. inter augures U², inter aures U¹ — constat U. 10. ad deos (*om.* id) — in re p̄. 11. certaminum genere — certatum) certatum tamen (*ex seq. vs.*). VII. 1. dissuadendaque *om.* 2. disseruisset. 3. qui in cognitione — videbant — incincinctum U. 4. æque ac (*om.* si) — mallius. 5. publica p. r.) p̄. p̄. r̄. — lege rite — colere deos. 7. coeptæ sunt. 9. toga picta) tunica picta — honoratis — insignia ducere. 10. is conspiciatur (*om.* non) — capide ac *om.* — litua — capiet) captet U, capite G. 11. cū imagines. 12. sacerdotis — honores. 8. colimus *om.* VIII. 1. simus *om.* 2. sybillæ. 3. adiicit) adiecit. 4. nominentur ... homines plebei *om.* G. 4. procurandis rebus. 6. atium. 7. superbos vos. 8. g̃. — g. marcius rutilius. 10. erit enumquam) erit. qr̄. | numquam U, erit. umquam G. 10. dimissos — possent ... ciere *om.* G. 11. quirites) qr̄. U, p. r. G. 12. jubendam) subeundam. IX. 2. semphronius — g̃. marcius rutilius — p. ælius) petilius U, peilius G. — t. publius. 4. portia tunc. 5. fixisset G. 6. servus hero ita) si summo serio. 10. Q. *om.* — non petentem) appatentem U (*s. vs.*), appetentem G. 12. C.) c̄. l̄. — gn̄. 14. et *om.* — P. Sempronio Sopho et *om.* — censoribus *om.* G — anniensis. X. 1. tempus tereret — ædificia erant — stationem romanam — occulto itinere — et muros. 5. in deditionem. 6. alia molientis. 8. etruscuscus U. 11. quicquam *om.* 12. paratam. XI. 1. provincia etruria *om.* — prope) quoque prope. 3. fuit ut — iubendo U¹, a iubendo GU² — deterruerint. 4. tunc — neque illis — non passim. 10. gn̄. 11. nequiverint ad societatem armorum nequiverint U, ad societatem armorum nequiverint G. 13. bello (*om.* cum). XII. 3. romæ audita sunt. 4. exspectanti hoste — volaternas. 6. et trepide) trepide. 7. ad populandos. 9. ad *om.* XIII. 1. equicolorum. 3. palam *om.* — increpare — quod exercitui — adversus *om.* — impari) pari. 6. ipsam fortunam — constatior U. 7. romæ viris nec deesse honoribus. 8. restingenda — qua intra U²G, quia intra U¹. 9. nihil id) nihil ad U, nihil ab G — uti) ut — quibus rogitans. 11. populos — haud dubia. 12. tum) cum. 13. vobis dignum virum — parenti — superfuerant. 14. quia) qm̄ — cupiditatis. XIV. 1. et P. Decius Mus tertium *om.* G — uti) ut. 2. in hanc) in hac. 3.

ab utrio — concilia) conciliū. 4. siditinum. 5. explorant enī — ingressos romanus — adoriri parabant... loco moveri (§ 10) *om.* 14. ad montis — ascensu U[2], assensu U[1]. 17. animus hostium — increscentem qua. 18. sistunt invehemte — et tempore ipso visa) eo tempore visa. 19. fremunt terrorque — oblatus pavore formidineque — maximeque. 21. et quia — tria milia cccc. — capti ccc. XV. 1. extractus — fudisset) fuisset. 3. ubi — mensium. 5. illis) aliis — munimenta vastitas. 6. Gimetram — nongenti) cccc. — ferme pugnantes — nongenti) ad cccc. 7. primo vocatum. 8. et ambitiosus U[2], etiā latiosus U[1] — ut se — eadem fere U[2]G, eadem ferre U[1]. 12. App... fugisse eum *om.* G — fugisse) fuisse U. XVI. 1. in sex) in ·III· *(aut* UI. i. e. VI.) U. 2. P. Decius) q. p̄. detius — collega (*om.* a) — procos. U. 6. suapte — memorant. 7. Porsennæ — venisse) venisse et GU[2], vendidisse et U[1]. XVII. 1. concilio. 2. aggrediamur. 4. Detius U. 5. spē — quando) quō U, q̄m G. 6. haud U[2], aut U[1] — præda major *om.* G. 9. tamen) tunc. 10. ad tria) ad UI. 12. L.) p̄. XVIII. 1. Dum — cuiusque — in etruriam. 2. fere) vere. 3. romam perlatus est — cs̄. *supra vs.* U. 5. magis eo G — maturæ. 7. accersiendum — tam̄ incertum — fungentis discrepatio. 8. missum) admissum — eo cum) iam cum. 10. conscientia U, consentia G. 11. sit in etruriam. 13. quisquam U[2], quissam U[1] — minime) mime U — huc) hic. XIX 1. accipiendum ultro — sperneretur. 2. obsistere atque. 3. eo rem U, eorum G — ut omni rei — L. *om.* 4. retinere G. 5. retraxerunt. 6. causa superior ne) causas ne — quidem) quidam. 7. utique) itaque — iam *om.* G — popularis. 8. tu *om.* — didicerit U[1], didiceris GU[2] — postremo... sit melior *in mg. add.* U — ferre) esse. 11. interpretenda. 12. in acie — e castris. 13. pugnantem. 16. et velut sorte) ut et forte. 18 et duces *om.* 20. cohortium (*om.* que) — recruduit U[2], recrudunt U[1], recluduit G — et cum) cum U — accenderat. 22. octingenti) accc. XX. 1. romani *om.* — vestinos in campania. 3. in calenum (*om.* agrum) — hostis. 5. in agros. 8. aliquando G — oscæ) eiusce. 13. minatium — iam profligatum *om.* 16. prædam vendere. XXI. 2. post volumnianum inde deductum — in armis — haberi iussit *om.* 4. et defendendæ) tot ad defendendæ. 6. bene gestam) benestam U — et *om.* — dies XVIIII — perleta U[1], perlata GU[2]. 7. vestinum. 8. vestino— contingens — sinuesa. 11. ingravascens. 12. quattuor gentes) ingentes U. 13. et nam) etiam. 15. die *om.* — senem se confidere — declaraturum iri — dictatorem fuisse... ut vincebatur (c. 22. 2.) *om.* XXII. 2. versa) versus. 4. con-

sul *(om.* quum). 5. foret et ammonendo. 6. uno) ut uno — viverent — rudes in ea G. 7. urbi ac fori — creandos *(om.* esse). XXIII. 1. verruncandorum. 2. vinum ac tus præbitum) in unum acte per biduum. 3. bouiario. 4. inde altercatio ex ira. 5. virgnia — et uni) ut uni — vero *(om.* ex). 7. vosque) atque — tenet et. 8. si quid potestis. 10. a pollutis. 11. gn̄. U. 12. ad martis portam. 13. ḡ. fluuio G — Curvo *om.* G — pecuriis G. XXIV. 3. in etruria — auctoribus decio U², decio auctoribus U¹G — ad sortem revocaret. 4. in contentionem U, in contentione G. 5. conseruisset — diceret. 7. quam ut U, qua ut G. 8. ne plebis aditus. 11. sed honoris — gloria eque. 14. postremo *(om.* se) — periculum dimicatio *(om.* cum). 17. et id natura — duce *om.* 18. comitia habuit. XXV. 1. ad consules. 2. IIII. milia *om.* G. 3. major — cura. 4. aharnam) harmam — hostis U. 5. milibus) militibus — esse *om.* 6. ain) anne — nunc castra. 7. vallo fossa *(om.* et) — et tunc in — redite U, reddite G. 10. nobiliorem — quanta) quam — hauddudum — exacta U, exeta G. 11. camaris U — olim *s. vs.* U. 14. periculosum U — nec ad. 17. moverat U. XXVI. 1. est productus U — indulgere aliorum. 2. consulis consulis U — malit at GU², malit aut U¹. 4. fuit ac gratulatio — animis victoria. 6. exponere certamina — satis fuit — prætoris) p̄. r̄. 7. clusium U, dusum G. 8. in colle. 12. tradunt. 13. a Gallo) gallo — gallici belli tumultus U — terror *om.* 14. præterquam quod) postquam — ad bellum profecti — dilectis U — quam romani. 15. gn. — megillus. XXVII. 1. transgresso appennino. 3. samniti) samnitiis. 4. qui edictis. 5. ammoveant U, ammoneant G. 7. adducta) addita — omnibus in campum. 9. romanis — vertitur. 10. Q. *om.* XXVIII. 1. erat nec tum — qua) quo U — cornu lævoque. 4. proelia ... feminarum *om.* — esse in id) ferocia esse in id. 8. media equitum. 9. insolitus. 10. ita ... equos *in summo fol. add.* U. 16. infernorum. 17. contracturum — funeribus. XXIX. 2. in consulis corpus — torpere quidam) torp r quidam U *) *(videtur a prima manu fuisse* torpere quidam; *deinde aliquis* o *suprascripsit)*, torpore quodam G. 3. pro prætore) prope pro pr. 5. L. *om.* — ḡ. U, gn̄. G — iussuq; G — ibi) ubi. 6. pedes collata — rarisque) verutis. 8. dextro cornu. 10. lacessitudinem. 14. ipse eadem — spolia *(om.* que) — omnis) hostium omnis. 16. Egnatius *om.* — cæsa VII. militum. 18. septingenti) acc — hostium) gallorum. 20. omnium inde U. XXX. 1. gn̄. 3. per pelignum agrum cum. 5. superadiecere U, superaadiecere G · -

*) Hoc folium Cod. U, aqua, ut videtur, corruptum multis locis literas evanidas habet.

peditum XICCCXXX — equitum VI et XL mil. peditum. 7. proprie — res gerit) fescerit — deterritis G. 8. Q. *om.* 9. inconditis militaribus.. 10. data) datis — octogenis binis. XXXI. 1. his itaque. 2. prædatum *om.* — vestinum porminumque — æserunium — adiacet. 3. app. cl. U. — Fabius et in — rebellantes — quattuor) III. 4. militi concessa — ibi ad samnium U — copiæ *om.* 6. ad ultimam — spem. 7. capti U. 8. terram. 9. Q.) p. G. 10. iam per quartum iam — Cornelio consule. 12 fuerant cæsi — imperatores U, imperatoris G — clarissimum . . . belli *om.* 15. quidnam — longinquitas. XXXII. 3. regressos — et egredi . . . prohiberent *om.* G — egredi) regredi U. 5. facit) fecit U. 7. ipsa premente. 8. decuma porta U. 9. captus quæstorius q̄. ibi. XXXIII. 1. proxime U — induci. 4. agunt quo coeperunt. 6. circa quæstorem — ad cc. 7. proferri — romanorum. 8. fama *om.* U — res erat. 9. iussit — dicavit — samnites postquam. XXXIV. 1. vi) ut — opere ac cuneis. 3. septingenti) acc. 4. inde fertorum — rebus suis *om.* U. 8. et ad consules referunt — nocturna trepidatione. 13. eandem (*om.* in). XXXV. 1. a samnitibus. 2. fuit tristius fuit tamen. 3. qui si) quasi G. 4. ad castra oppugnandū. 6. animos iacere. 7. pudore ac fuga — alioquin. 14. circumsidebimur — facerentque — se quisque dignum. 17. segniter arma capit *om.* — nec animoque. XXXVI. 1. in medio — armatis suis. 2. prius impetus *om.* (*h. l.*) — inciperetur G. 3. diversique. prius impetus. integri — signis pugna. 6. provectus — stationem — oppositam. 7. tenderent — hæc ipsa — prope fuse) profuse. 9. solum consulis. 10. centurionesque. 14. accc. 15. accc. — depulati G. XXXVII. 1. etruriam (*om.* in) — transducto — Volsiniensem. 2. depugnat duo) depugnat. numerus cæsorum apud volsinium. 11. — accc. — urbis U, rubis G. 3. in rosellanum autem — ac minus duo. 4. capita) captæ U — vulsini. 5. in XL) in XI — singulis civitatibus. 7. ex samnio *om.* — partim collegæ amicos *om.* — vestræ majestis — feliciter bellis. 10 M.) l. — L.) m̄. — rutilium — ni sciret) cū sciret. 11. ac futura) affuturam. 14. gessisisse — adiecit. 15. et luceria utrimque — effatus, fuerat) fieret (*om.* effatus). 16. resp̄. XXXVIII. 1. qua . . . qua) tam . . . quam — patrem consulis) patrem eius consulem. 2. eodem conatu U[2]G, eodem die U[1] — adhibuerunt. 3. imperatorium U — sacraretur) sacratum erat tum. 5. contectus U, contentus G. 6. ā. pactio — repetere) petere — ex vetusta) ut vetusta. 9. adiciebaturque — (*Quæ jam in U sequuntur ul-*

tima IV folia recentiore manu scripta sunt) — non renuntiaturum. 11. strages. 12. nominatis — data) allata. 13. paulo plus) populos — dispar) par — ad *om.* XXXIX. 2. operati *om.* U. 3. capta enim. IIII 4. ita enim) ita. 6. comminando U — quodcumque) quod cum — proferebatur — ad altera. 7. vertebantur U — quam ad) ad U — cōminium U. 8. nuntium eo U. 9. opus esse illum. 11. misso) iusso U — efficacia ad. 13. victori U, victoria G. 15. rupta) interrupta U. 16. respersus *om.* G — deum iræ *om.* G. XL. 3. infimi quique. 4. solistimum) solēnissimum. 5. pronuntiat signumque) pronuntiatque G — proponit . . . perfuga *om.* G. 6. forte *om.* U — quadragenariæ U — profectas U, profectæ st̄. G — signū U — proferre U — subsidiaque. 7. T. *om.* 8. alaribus — inde inter ipsam) ipse inter ipsam — possent — motu pulveris ostenderent. 10. re inquisita U. 11. recipiet. 12. uti) ut — hostium quoque. 14. adfuisse deos U. XLI. 1. ardorque G. 2. romanorum atque impetum. 3. detestante U. 5. ingentis) urgentis U — metium. 6. altior densiorque U, altiorque G. 7. errorem) terrorem G — accederet. 8. inde *om.* G — quantientem G. 9. ex antea G. 10. victa vi. 11. in castra ad — profugerunt U — pedes ac diversa. 13. urbis) orbis U. 14. qui circa — muros occupare penetravere U — interiora (*om.* in). XLII. 2. castra capta U. 3. evectus) — quoniam) qn̈ U — in urbem ferri U. 4. proxima ex parte G, ex parte proxima U — desertum (*om.* est) U. 5. ad quiloniam G — viginti) XXX U — IIX̄ mil. cccc. G — capta quattuor U, capti IIII G — octingenti) VIII U. 6. gerendi rei. 7. a proelio) periculo U — diis — mos) mors G — fudisset legiones hostium G — pocillum mulsi G, proculum mulis U — diis. XLIII. 1. cōminium. 2. dantem cum — a collega G, collegæ U. 3. D. *om.* G — et decem) et viginti U. 4. in loco) loco — conferri G. 5. videbant U. 6. ex intervallo) extervallo — gerebantur G — et qui U, et que G — loco q; magis uti erant victi G. 8. octingenti) accc — consulum. 9. medio) ī edio G — milia passuum G, miliūm passuum U. 10. in conspectū U. 11. erat flamma — certioris. 12. prope temere, 13. tenderent — repente) repetentes — consternuntur conspecti ab equitibus. 14. pedes *om.* G — potuit et) potuit — ferme) fere. 15. reliquere reliquo agmine. XLIV. 2. die *om.* G — sua (*om.* que) G. 3. sp. nautium G — armillis aureisque) aureis. 4. qua magni) quia magni U, quia magis G — nocte quia — ad aquiloniam. 5. donavit U. 6. consilium habitum (*om.* inde) G. 8. ac focis)

focisque. 9. abs se U — vellam. XLV. 2. oportuna (*om.* per) — etiam (*om.* ea). 4. et vastari G, et vastare U — in finitimis. 5. se vi (*om.* a). 6. quod ad) qd. 9. vellam etiam et — ex samnitibus ... ad Herculaneum *om.* 10. etiam) cum hiis etiam. 11. parvo) pavore. 12. nec obsidio nec. 13. vi atque *om.* G. 14. prædæque plurimum — concessa) n̄ cessa G. XLVI. 3. pedites *om.* G — donis *om.* G — transvectis U, transvecti G — vallaresque) villaresque. 4. clari) dari U. 5. transvecta vicies G — milia et ad XXXIII — pondo) p̄da — mille octingenta triginta) ad CCCCXXX mil. 6. auctaque) actaque U, etaque G — donum) tum. 7. hercule U[1], hercules U[2]. 8. sociis) locis. 9. vestinum. 11. sita) site G. 12. minus duo milia capta U — minus duo milia *om.* G (capti G). 13. clarus — æquatus. 16. Favor) pavor G — in legationem — iactari (*om.* que). XLVII. 1. his quinque G (*om.* que ... erant) — iis U — quinque) duos U. 2. rutilio — trecenta) cccc. U. 3. translate e greco — a martis) armatis — bovellas U — f.) fratris G — et D. *om.* U. 6. urenti — sufficit G — aditi) abditi U — a diis.

Subscr. in U: Titus Livius ab urbe condita liber decimus explicit; *in* G: titi Livii ab urbe condita liber X explicit feliciter.

Exposita igitur scripturæ discrepantia sequitur primum, ut videamus, quæ cognationis ratio inter U et G intercedat. Atque ex iis quæ ex utroque allata sunt, facile patet, quum tantopere inter se consentiant totque scripturas soli proprias habeant, G aut ex ipso U aut ex communi parente descriptum esse. Lacunas et minores et majores, quas U habet, easdem omnes, multas præterea novas habet G. Hæ autem lacunæ codicis G propriæ ex parte ejusmodi sunt, vix ut ullo modo probabiliter explicari possint, nisi statuamus U ipsum fuisse exemplar, unde G descriptus sit. Ut 3: 65. 11 G habet *simulando ita se mines metuendos*, omissis *quisque . . . metuant ho* —; hæc autem ipsa verba unum versum in U explent. Aliud non minus insigne exemplum est 5: 14. 1. ubi *major . . . sed prope* omisit G oculo aberrante ab altero ad alterum *prope*. In U verba illa in G omissa versum integrum explent, utroque versu a *prope* incipiente. 3: 61. 7. in U superior versus finitur verbis *peditum dicta* inferior verbis *virtutem peditum;* G ab altero ad alterum *peditum* transsiliens interjecta omisit. Similiter 1: 32. 13. superior versus in U finitur verbis *bellum cum priscis latinis*, inferior *bellum cum priscis la* —, in G media omissa sunt. 1: 12. 8. G ex *decucurrerat* transsiluit ad *erat*, U utrumque in medio versu collocatum habet ita, ut alterum *erat* sub altero scriptum sit. 4: 43. 4. duo versus codicis U omisit G transcurrendo ab altero *summa ope* ad alterum. In U enim prior versus finitur verbis *patres summa ope adpro* —, tertius *summa ope anni* —. Similiter 6: 37. 9. ab $\bar{p}$. $\bar{r}$., ad alterum $\bar{p}$. $\bar{r}$., quod in U pæne infra illud scriptum exstat, transsiluit G. Eadem fere est ratio est 6: 41. 11, 10: 8. 4, 15. 12, 32. 4.

Accedit alia res, quæ non minus perspicue demonstrare videtur ex U ipso originem G ducere. Quum enim sæpius in U primo prave aliquid scriptum, deinde correctum esset, G non raro et hoc et illud in orationem recepit. Ut 2: 23. 14. quum pro *tandem* U primo scripsisset *inde*, tum, hoc punctis notato, supra vs. *tandem*, G *tandem inde* habet. 2: 63. 7. U aberrans ad *deinde*, a quo vocabulo incipit insequens enuntiatum, primo scripserat *deinde dum*, sed *deinde* expunxit; in G scriptum est *deinde dum;* 3: 24. 5. pro *meruerant* in U primo scriptum erat *militaver.*, deinde supra vs. additum *l. meruer.*, G habet *militaver. meruer.;* 3: 47. 4. pro *postulatum*, U: *petitum*, supra scripto eadem manu

postulatum; G: *postulatum petitum;* 4: 19. 2. pro *turmas* U primo *acies*, deinde supra vs. *turmas;* in G est *turmas acies;* 4: 29. 8. U: *ad seditiones*, supra scripto *per*, G: *per ad seditiones;* 6: 1. 14. pro *dictatura* U primo *magistratu*, deinde supra scr. *dictatura*, G.: *dictatura magistratu;* 7: 9. 4. U quum primo quod in ceteris Cdd. est *dictum scribit* posuisset, supra vs. inter hæc duo vocabula *dictatorem* inculcavit; in G est *dictum dictatorem;* 8: 11. 10. pro *Latium nomenque volscum* U manifesto errore *latium romamque* supraque hoc *nomenque volscum;* G: *latium nomenque volscum romamque;* 8: 12. 16. pro *plebeium* U primo *populum*, deinde hoc expuncto supra vs. *plebeium;* G.: *plebeium populum;* 8: 13. 8. U aberrans ad superiorem vs. (*etiam die*) scripsit *ab unius etiam di expugnatione*, deinde animadverso errore *etiam di* expunxit; G *ab unius etiam expugnatione;* 10: 5. 11. pro *atque ea* U miro errore habet *atque eua* supra scripto antiqua manu, fortasse eadem, *interiectio*, scilicet ut miram illam vocem *eua* explicaret, G in contextum orationis recepit *atque eua interiectio.*

Aliis tamen locis G ea omisit, quæ in U punctis sunt notata. Ut quum 2: 60. 4. pro *comitia tributa* U scripsisset *tributa comitia tributa* deinde prave posterius *tributa* expunxisset, G *tributa comitia* scriptum habet. Similiter 4: 43. 11. pro *quisque juris* U præbet *juris quisque juris*, praveque posterius *juris* expunxit; G *juris quisque* habet. 3: 41. 6. quum pro *exsurgere rursus plebem* U primo prave scripsisset *exsurgeret rursus plebem*, deinde *plebem* expunxisset, G *exsurgeret rursus* habet omisso v. *plebem.* 3: 47. 5. pro *id quod constat* U, oculo ad sup. vs. (*verum auctores*) aberrante, primo scripserat *id quod verum a constat*, deinde illa *verum a* expunxit, G omisit. Similiter 3: 59. 5. pro *auctores fuissent* U primo *auctores fueru*, sed statim animadverso errore pro *eru* supra vs. substituit *issent;* G recte *fuissent;* 4: 6. 1. pro *oporteret* U primo *liceret*, deinde supra vs. *oporteret*, quod recte G scripsit. 4: 8. 2. pro *decoris dedecorisque* U, omisso *decoris*, scripsit *dedecorisque* sed prius *de* expunxit; G *decorisque.* 4: 61. 11. quod in U primo recte scriptum erat *ceretumque* in *ceratumque* pos mutatum est; G *ceratumque.* 5: 12. 6. pro *vis irrita* manifesta interpolatione U primo: *veis spes irrita*, deinde *veis res irrita*, G: *veis res irrita.* 10: 3. 2. pro *maximi* U primo *magnimi*, deinde *n* expunxit; G: *magimi.* Cfr. 7. 8. 2, 36. 7, 40, 17. 8: 1. 7.

Nonnumquam in G pravo loco insertum invenitur quod in U supra vs. additum est, ut 4: 5. 2. pro *decernetis* U primo *decertatis*, deinde expuncto priore *t* supra scripsit *n;* G non *decernatis*, ut voluit U, sed *decertantis* habet.

Hæc qui consideraverit, facile in eam opinionem adduci poterit, U fontem et originem codicis G esse. Quæ opinio quamvis magna probabilitatis specie commendetur, tamen magnopere videndum est, ne specie fallamur. Nam primum illud, quod duobus saltem locis, quod in G omissum est, spatium unius integri versus in U explet, ita forsitan possit explicari, si statuamus in communi utriusque exemplari singulos versus eundem fere litterarum numerum atque in U occupasse; quamquam sic quoque satis miro casu accidisse non nego, ut duobus illis locis in G omissi sint singuli integri versus codicis U. Jam vero non sine magna probabilitate concludere possumus, quanti spatii fuerint singuli versus ejus codicis, unde descriptus est U. Nam 5: 6. 1. in U primo omissa erant verba *certe militiæ .. sed si etiam*, deinde signis adpositis in summo folio addita. Neque hæc omissio h. l. eo explicari potest, quod ab simili vel eodem vocabulo ad alterum aberrarunt oculi librarii. Illa autem verba idem prorsus spatium complent, quod ceteri versus ejusdem paginæ. Hinc igitur conjicere licet totidem fere litteras continuisse singulos versus utriusque codicis. Similiter 10: 19. 8. in margine codicis U addita sunt *Postremo ... sit melior*, totidem fere litterarum, quot superiore loco omissa erant. 10: 6. 6 in U primo omissa, deinde in summo folio addita *IIII. pontifices ... augurum numerum* nihilo plus aut minus spatii occupant quam reliqui ejus paginæ versus. 2: 59. 10. in margine addita sunt *inermes ... virgis*, quæ totidem fere litteras continent quot eæ, quas supra attulimus, lacunæ. Paulo minus spatii quam singuli versus codicis U tenent quæ 3: 32. 7. in summo folio addita sunt: *postremo ... abrogarentur*, sed totidem fere litteras. 3: 45. 5. *interventu ... summoret* in summo folio addita unius versus spatium complent. 7: 13. 7. 8. in margine addita sunt *est. Sin ... nos ab*, octoginta fere litterarum, sicut in lacunis supra allatis. 7: 17. 7. omissa erant *id vero ... populus iussit*, quæ in imo folio addita duorum fere versuum spatium occupant; quare probabile est duo versus etiam in archetypo codicis U h. l. fuisse. Minus ad rem probandam faciunt ii loci, ubi causa omissionis inde nata est, quod ab altero ad alterum vocabulum aberrarunt oculi librarii. Ut 7: 33. 6. *romanis ... victoria*; 6: 21. 8. *Neque in ... spem pacis*; 8: 1. 9. *ut campani .., amicitiam*; 9: 27. 11. *non petilius ... a suis* (ubi ab *non* ad *nondum* transsiluit librarius). Ex his igitur non sine magna probabilitate videmur concludere posse, codicem, unde descriptus est U, eandem fere formam quam U habuisse singulosque versus in utroque totidem fere litteras continuisse. Quod si ita est, fieri certe potuit, quamquam satis miro casu, ut unus ver-

sus in U 3: 65. 11. omnia eadem contineret, quæ in archetypo uno versu continebantur. Neque alterum illud, quod G pluribus locis et quæ supra vs. scripta et quæ expuncta in U sunt, in contextum orationis recepit, necessario demonstrat, eum ex U descriptum esse. Fieri enim potest, ut eodem modo, quo in U jam scriptum exstat, archetypus ipse scriptum habuerit, ita ut nulli alii rei nisi ignorantiæ librarii codicis G tribuendum sit, quod, ut hoc utar, quum in archetypo *ad seditiones* primo scriptum, deinde *ad* expunctum supraque vs. *per* substitutum esset, *per ad seditionem* scripsit.

Neque desunt alia, unde probabiliter — neque enim talibus in rebus ultra probabilia progredi licet — concludi possit, G non ex U ipso descriptum esse. Fuit is qui codicem G scripsit, ut indoctissimus, ita ab omni corrigendi aliquid addendive cupiditate remotus, id quod pluribus demonstrare supervacaneum duco, quum quævis fere pagina insignia ejus rei documenta præbeat. Jam vero G raro ille quidem sed tamen habet ea, quorum in U ne minimum quidem vestigium exstat. 1: 1. 7. U habet *quid quærentes in agrum laurentinum exissent*, G vero *quid quærentes in agrum laurentinum exissent venissent.* Fuit igitur in archetypo utriusque codicis primo scriptum *venissent* deinde supra vs. *exissent;* U hoc solum recte scripsit, G pro suo more utrumque. Similiter 2: 1. 10. U recte habet *patrum numerum*, G *patrum numerum summam.* 2: 10. 1. U, ut reliqui, *sæpiunt*, G *muniunt*, quod demonstrat in archetypo utrumque fuisse. 2: 28. 1, *ageret* U, *faceret* G. 30. 12. *gerere* U, *agere* G (eodem modo 48. 9), 5: 44. 5. *abscedunt* U, *discedunt* G. 6: 42. 10. *venit* U, *fuit* G, 7: 14. 5. eo *casu* U, *ea causa* G.

Etiam alia res videtur obstare, quominus G ex U descriptum putemus. Pluribus enim locis quod primo scriptum erat in U idem invenitur in G, quod vero supra vs. eadem manus in U scripsit, in G desideratur. Supra autem vidimus, eum qui G scripsit, in ejusmodi rebus aut utramque scripturam in textum recepisse aut eam solum quæ supra scripta erat. Quæ quum ita sint, vix probabile videtur, eum nonnullis in locis ita a solito more descivisse, ut quæ expuncta essent in exemplari, quod exscripsit, retineret, quæ supra scripta essent, omitteret. Sic, ut minora omittam, 3: 55. 5 ubi U primo, ut in Parisino 1 est, scripsit *resistunt*, deinde supra versum veram scripturam *restituunt*, G *resistunt* habet. 5: 8. 10. pro *in armis* U primo (id quod habet G) *in castris*, quo expuncto *in armis* supra vs. scripsit. 5: 34. 8. U quod primo scripserat *advenire* in *adiuvare* recte mutavit, G pravum *advenire* retinet. 6. 38. 4. pro *indicto tribus* primo in U videtur scriptum fuisse ut in Leid. 1. et G, *in dictatoribus*, sed littera una

inter *t* et *r* erasa, et *a* in *o* mutato factum est *indicto tribus*. Probabile igitur est, quod in G et U[1] scriptum erat, id in archetypo utriusque fuisse; correctionem aut librario ipsi, qui U scripsit, tribuendam aut ad alium meliorem codicem factam esse. Dixerit quispiam correctiones illas in U alia manu factas esse posse, itaque facile explicari, qui factum sit, ut his in locis U[2] a G discrepet. Atque ut concedo hoc factum esse posse in iis locis, ubi omnis discrepantia in eo consistit, quod littera una pluresve in U puncto notatæ sunt, ita diligentissima comparatione inter U[1] et U[2] instituta adseverare possum, et me et alios, harum rerum peritiores, nullam discrepantiam inter hujus et illius scripturam invenisse. Ubi alia manu facta videbatur correctio, id semper significavi.

Ex his, quæ jam disputavi, probabiliter videor concludere posse, codicem G non ex ipso U descriptum esse, sed ex communi exemplari, ita tamen, ut multo plura ille vel ignorantia lapsus corruperit vel negligentia omiserit. Quæ quum ita sint, apparet præ U nullius momenti esse hunc codicem, neque ad aliam rem utilem, nisi ut uno luculento exemplo demonstretur, quum unius librarii ignorantia et indiligentia tanta labes facta sit, quam non mirum videri debeat, exemplaria veterum scriptorum, tot per secula deinceps descripta, tot librariorum injurias perpessa, tantopere a prima integritate delapsa esse.

Jam videamus, quid codici U tribuendum sit. Ac primum illud longam disputationem non desiderat, ut demonstretur U, si cum optimis, Mediceo et Parisino, comparetur, multo propius ad hunc quam ad illum accedere. Demonstratur id primum multis, quas communes habent P et U, lacunis et majoribus et minoribus. Sic in utroque omissa sunt 1: 7. 12. *Herculi adhibitis ad ministerium dapemque;* 1: 39. 1. *puero dormienti cui S. Tullio fuit;* 1: 48. 9. *ac tam moderatum imperium tamen;* 49. 3. *ad jus regni;* 2: 5. 2. *consecratus ... fuit;* 3: 35. 7. *natu sit munus;* 4: 43. 8. *modo interregem;* 5: 11. 16. *precatus ... numquam deos;* 7: 40. 10. *istinc signa canent;* 9: 8. 12. *quod vir ... plebis qui* (§ 14); 46. 6. *dedicare ... ne quis;* 10: 9. 14. *P. Sempronio Sopho et;* 14. 6. *adoriri ... loco moveri* (§ 10); 21. 15. *dictatorem fuisse ... vincebatur* (22. 2); 28. 4. *proelia ... foeminarum;* 31. 12. *clarissimum ... socios belli;* 37. 7. *ex samnio;* ib. *partim collegæ amicos;* 45. 8. *ex samnitibus ... ad Herculaneum* (§ 10). Omitto plurimos locos, ubi unum vocabulum in utroque deest. Hæc igitur omnia, quæ et in P et in U desiderantur, jam in eo exemplari, unde descriptus est P, deerant, non librarii culpæ tribuenda sunt.

Ad has, quas U cum P habet communes, lacunas accedunt codicis U propriæ: 2: 49. 12. *cujus impetratæ ... pænituit;* 3: 50. 15. *P.*

Sulpicius; 4. 4. 11. *ne idem convivium ineat;* 5: 4. 1. *dicere;* 6: 16. 6. *repente;* 7: 2. 4. *more tusco;* 9: 5. 13. *sicut ante gallos;* 14. 2. *accitoque...proposuit;* 10: 4. 8. *sub ipsas;* 5. 5. *fretus esse;* 11. 1. *provincia Etruria;* 21. 3. *haberi jussit;* 31. 2. aliisque nonnullis locis, ubi unum vocabulum omissum est.

Sunt tamen etiam loci, ubi U ea servavit, quæ in P exciderunt. Ut 1: 43. 7. pro *aucta*, U habet *acta*, P omisit. 4: 9. 7. P¹ omisit *fuit...infestior* (§ 8), in margine addidit P²; in U hæc verba duos versus explent; quæ 4: 15. 5. 6. omisit P¹, supplevit P², U recte suo loco habet; 4: 18. 2. ubi M habet *placebant consilia*, in U *consilia placebant* scriptum est; P *placebant* omisit; ib. *militiam* om. P¹, add. P²; 46. 10. *dictus* MU, om. P; 55. 3. *nunc concienda* om. P¹, add. P²; ib. 5. quæ P¹ a *temptati* ad *tempestati* aberrans omisit, deinde in mg. addidit man. sec., in U unum versum explent; 5: 23. 4 P omisit quæ deinde in margine addita sunt *ullius...diei*, quæ paulo plus unum versum in U occupant. Similiter quæ 6: 8. 9. P omisit, unum versum in U explent; 6: 5. 4. *agri publici* habet U, *agri* P; 8: 8. 5. pro *quindecim* U habet XI, P omisit; 9: 17. 13. pro *illo corporis robore illo animi* P habet *illo corporis illo animi* (om. *robore*), U *illo corporis robore illius animi;* 10. 13. 10. pro *ferri rogitans quibus*, P *ferri rogitans* (om. *quibus*), U perverso ordine *ferri quibus rogitans;* 10: 13. 14. U habet *plus quam*, P *plus;* 10: 33. 1. U *eunt* retinet, P omisit; 10: 8. 9. *gentem habere vos solos* U, omisit P, deinde in mg. add. P²; 10: 16. 5. quæ P omisit, P² in mg. addidit: *bellum...liberis*, ea in U unius versus spatium tenent. 9: 27. 11. *non poetelius...ab suis* omisit P, in margine addidit U, unde verisimile est, etiam in archetypo codicis P ea verba alicubi adscripta fuisse. Quæ 10: 37. 10. in P ex sequente versu alieno loco inserta sunt *adiciebat se quoque laturum fuisse ad populum*, deinde suo loco repetita, ea in U posteriore tantum loco recte scripta sunt *). Ex his lacunis quum illud perspicitur U non ex P descriptum esse, tum probabiliter concludi posse videtur in archetypo codicis P totidem fere litteras habuisse singulos versus, quot in U habent.

Neque minus communis horum codicum origo demonstratur iis locis, ubi e margine archetypi aliquid prave aut alieno loco in orationis contextum illatum est. Ut 10: 36. 2. *prius impetus* om. PU, deinde § 3 post *diversique* inculcant **). 10: 37. 2. inter *depugnat* et *duo* in

*) 10: 40. 5. P et G omittunt *proponit ... perfuga;* in U, ubi recentiore manu scripta sunt IV ultima folia, hæc exstant præter v. *forte* quod excidit.

**) Non improbabile est etiam in M, qui habet *prius impetus prius clamor,*

utroque codice ex margine in contextum irrepsit: *numerus cæsorum apud Volsinios*. 9: 34. 16. pro eo quod M habet *et solus geram*, in P et U est *et solus;* sed § 17 pro *quem ne in* P habet *quem geram ne in*, U, scilicet emendaturus, *qui gerat ne in*. Similiter ex mg. archetypi illatum est in utroque 1: 25. 1. *armati*. (Mirum sane additamentum habent UG 5: 52. 16, ubi pro *continent* scriptum est *continent* XXVII, quod idem in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. esse testatur Drakenb. Aliud ejusmodi additamentum ex mg. in U (non in P) illatum est 9: 34. 20. ubi pro *demortuo collega C. Iulio censore* scriptum est: *demortuo collega in locum ejus alius subrogatus est, mortuo collega g. iulio censore*).

Quamquam igitur communem fontem habent P et U, tamen multis ex rebus probabile est non ex communi archetypo descriptos esse, sed secundo gradu ex illo descendere. Nam in magna, quæ inter eos intercedit, similitudine tamen ea multis in rebus est eorum discrepantia, quæ vix explicari posse videatur, nisi statuamus, U ex codice aliquo multis locis correcto et interpolato, P ex non correcto ab indocto homine descriptum esse. Ita certe explicari potest, qui factum sit, ut in U multis locis vera scriptura servata sit, multo autem pluribus perperam corrigendo interpolandoque corrupta. Quæ corrigendi interpolandique licentia quousque progressa sit paucis exemplis monstrare a re haud alienum videtur. 1: 23. 4. pro *Tullus ferox* U: *rex Tullus ferox;* 4: 54. 2. quum ex eo, quod in M scriptum est, *ut in quattuor creandis uni*, in P factum esset *ut quattuor creandi sunt*, hoc in U ita correctum vel corruptum invenitur: *ut cum quattuor creandi sint;* 4: 1. 4. M habet *Vulscos æquosque ob communitam Verruginem fremere*, P: *Vulscos æquos commotamque ob communitam Verruginem fremere;* U; *Volscos æquosque commotos ob communitam Verruginem fremere;* 5: 12. 7. ex optimis Cdd. editur: *hoc statu militarium rerum seditio intestina, majore mole coorta, quam bella tractabantur;* U scriptum habet: *hunc statum militarium rerum seditio intestina turbaverat majore mole* cet.; 5: 20. 5. pro eo quod optimi Cdd. habent *si semel nefas ducerent*, U: *se simul nefas ducere;* 5. 45. 8. P aberrans pro eo, quod M habet *duplicique*, scripsit *publicique;* U *publicaque* (sequitur enim *victoria);* 5: 46. 8. pro *ad eam rem Pontius Cominius impiger juvenis operam pollicitus*, U habet: *ad eam rem Pontius quo minus impiger juvenis non erat operam pollicitus;* P in eo solum erravit quod pro *Cominius* scripsit *quominus;* 5: 4. 7. *militibus ad tribunos* M, *militi-*

---

ordinem verborum permutatum, a Livioque scriptum esse *prius clamor, prius impetus*.

bus is ad tribunos P, *militibus his a tribunis* U; 5: 55. 1. pro *ex præsidiis revertentes* quod servavit Codex Veron., MP habent *ex prædiis revertentes;* U: *ex proeliis revertentes;* 6: 1. 10. PM habent: *erant autem eæ* XII *tabulæ;* U: *erant autem æneæ* XII *tabulæ;* 6: 35. 5. pro *de modo agrorum* MP habent *de domo agrorum;* U: *de dono agrorum;* ib. § 10 M recte: *cecidere minæ comitia*, P paulum aberrans: *cecidere m necomitia;* U: *cecidere res nec comitia*, deinde pro *nulla;* quod tamen primo scripserat, *ulla;* 6: 38. 11. pro *fractum priore anno* U habet *factum prioris anni;* 40. 3. pro *nihil antiquius* U: *nihil aliud ius;* ib. § 17 *pro dubio* in *procul dubio* mutavit. 7. 1. 2. pro *M. filio Camillo* U substituit *m. furii Camilli filio;* 3. 6. pro *quia numerus Minervæ inventum sit* U habet: *quia numerus a Minerva inventus fuit;* 5. 9. pro *tribunos militum ad legiones suffragio fieri* P habet *tor mil. al ad legiones (al* exp.) *suffragio fieri*, U: *centurionem ad legiones s. f.;* 7. 1. pro *priusquam dictator legionesque novæ in hernicos venirent* U habet: *priusquam dictator legiones quæ novæ in hernicos venirent scriberet.* 9. 5. pro *quæsita ea* U interpolando: *causa quæsita ea.* 21. 6. pro *meriti æquitate curaque sunt ut*, U: *meriti æquitate curaverunt ut;* 34. 11. *ut a consule Decium tali modo intercludant* U scripsit; illud *tali modo* in nullo alio codice inveniri videtur. 8: 1. 3. pro *privernum* U: *privernum bellum;* 20. 7. pro *ab suis* U: *ab suis manibus;* 31. 7. pro *invidiam tamquam ignem summa petere* U scriptum habet *invidiam tamquam ignominiam suam petere;* 38. 3. pro *copiis samnis*, P habet *copiis annis* (P² *amnis*), unde in U effectum est *copiis annisus;* 9: 3. 5. *animi consiliique* M, *animi consiliisque* P, *animis consiliisque* U; 5. 4. in reliquis Cdd. est: *Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum;* U habet: *spoponderunt consules, præfecti, legati, quæstores, tribuni militum.* Vox illa *præfecti* si a Livio ipso scripta erat (et sane potest esse), certe non illo loco, sed post *tribuni militum* posita erat. 9. 6. pro *quia de sponsione agitur* U scriptum habet *quia de sponsione res agitur;* 15. 10. PM habent: *an consulum Papiriique præcipuum id decus sit;* U: *an consulum papyrii publiique pr. id d. sit.* Videbatur scilicet necessarium librario etiam alterius consulis (*Publii*) nomen addere. 16. 18. pro *perfusum ultimi supplicii metu* P, una littera omissa, habet *perfusum ultum supplicii metu;* U *perfusum vultum supplicii metu;* 23. 5. *invenio apud quosdam* reliqui Cdd., *invenio apud quosdam auctores* U. 27. 7. pro *quam ad proelium starent* PM scriptum habent *cum ad proelium starent*, U: *cum ad proelium irent.* 34. 7. in PM scriptum est *antiquæ obrogat nova;* U: *antiqua abrogat novam;* ad sententiam haud paulo melius cod. Gærtn.: *antiquam abrogat nova.* 40. 11. pro *studia* U habet *stipendia*, 41. 5. pro *erat*, *evenit*,

46. 2. pro *fierique se pro tribu ædilem* U substituit *fierique se pro* *tribuno ædilem;* 10: 2. 4. *ventis latus cum* MP; *ventis lacessitum* U (G: *vectis lacessitum);* ib. *histri gentes* M, *strigentes* P, *striges* U. 4. 7. pro *deusti*, quod M præbet, P habet *desti*, U, quod editores ante Aldum præbent, *destituti.* 14. 10. pro eo quod in M est *fugæ formidinisque Samnites implevit*, P habet *pucæ formidinisque S. impl.;* U: *pavore formidineque S. i.* 21. 5. MP: *se nisi confideret*, U: *senem se confidere;* 23. 2. P: *vinum ac tus prebituum* (pro *præbitum)*, U: *in unum actæ per biduum;* 23. 12. pro *a Capena porta ad Martis* U: *a Capena porta ad Martis portam;* 26. 13. M: *gallici tumultus præcipuus terror civitatem tenuit;* in P et U *terror* excidit, P nihil additum habet, U: *gallici belli tumultus præcipuus civitatem tenuit;* 27. 3. *samniti gallisque* M, *samnitii gallisque* P, *samnitiis gallisque* U; 29. 14. pro *multitudo omnis* U (fortasse ex vs. sup.): *multitudo hostium omnis;* 29. 18. pro *spolia hostium* U: *spolia gallorum;* 32. 9. *captum quæstorium quæstorque* reliqui edd., U: *captus quæstoriusq.;* 38. 1. pro *patrem consulis* U habet *patrem ejus consulem.*

Vides, quam naviter ac strenue interpolandi corrigendique negotium gesserit librarius, sive, quod magis credo, is fuit unde U descriptus est, sive is qui U scripsit. Aliis locis, ubi in archetypo aliquid exciderat, U lacunam aliquo saltem modo explere vel certe occultare conatur. Ut 3: 35. 7. M habet *comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu injungunt;* in archet. codicum PU verba illa *natu sit munus* exciderunt; P reliqua tenuit, nihil addidit, U post *habendorum* infersit *ius.* 10: 28. 4. quum in archetypo omissa essent *proelia ... foeminarum*, P simpliciter scripsit *primaque eorum esse;* U: *primaque eorum ferocia esse.* Eodem modo 10: 21. 15. ubi in archetypo omissa erant *dictatorem ... vincebatur* (22. 2.), P habet *ductor habeatur consensu versa*, U: *ductor habeatur consensu versus.* (9: 39. 4. jam in utriusque archetypo lacuna animadversa erat additumque: *interea res (et) in ætruria gestæ);* 9: 16. 12. major lacuna in archet. erat inde a verbis *miserarentur* usque ad *neque se pro eo* (§ 15); P nihil addidit; in U est: *miserarentur. cum autem tribuni dixissent, neque se pro eo;* 8: 31. 5. jam in archetypo Cdd. MP alieno loco ex § 7 inculcata erant *tunc victorem velut in capto exercitu*, U habet: *tunc invicto. rem velut in capto exercitu*, deinde pro eo quod in P est *militibus esse* scripsit *militibus minatus esset.*

Alia etiam in re cernitur hæc corrigendi licentia. Nam ut prætercam, librarium in nominibus propriis scribendis certam quandam rationem sequi, ut semper *porsenna* pro eo, quod in MP sæpissime est, *Porsinna* scribat, *Mallius* aut *Manilius* pro *Manlio*, *Corvinus* fere

semper pro *Corvus*, *mamercus* pro *mamercinus* et similia, ubi rarior vox aut librario ignota occurrit, eam semper fere alia notiore permutat. Sic *insignior* semper fere pro *insignitior*, *inusitatus* pro *invisitatus*, *statutus* pro *status;* sæpissime pro *occipere*, *cooptare* habet *accipere*, *coaptare; anquirere* in *adquirere* mutavit 6: 20. 12, in *conquirere* 8: 33, 17; pro *aspretis* 9: 24. 6, 35. 2. *asperis*, pro *oscæ* 10: 20. 8. habet *eiusce*, pro vetere nominativo *hisce* 9: 10. 9. *hice*, pro *hister* 7: 2. 6. *iste*, pro *divi* 6: 29. 9. *dii*, pro *solistimum*, *sollemnissimum; qua — qua* in *quam — quam*, *quæ — quæ*, *tam — quam* fere mutavit. 9: 37. 8. ubi pro *dolabræ* P *dola p̄* scripsit, U totum omisit; similiter *effatus* (aut *saeratus*) omissum est 10: 37. 15. Ac nescio an huic minus usitatas voces aut structuras corrigendi studio adscribendum sit quod 9: 45. 5. pro eo quod in aliis Cdd. est *missitaverant* substituit *ministraverant;* quamquam negari non potest hoc saltem loco conjecturam, si conjectura est ac non vera scriptura, haud infeliciter cessisse. Eodem modo judicandum videtur de 1: 4, 9, ubi pro eo quod MP habent *feras tantum subsistere*, U scripsit *feras tantum sternere* et 9: 31. 6. postquam *præpotenti armis romano nec acies subsistere ullæ* (pro *præpotentem ... romanum*). Certe enim hæ scripturæ, si in codice minus suspecto invenirentur, sine dubitatione pro veris acciperentur.

Venio nunc ad aliud erroris genus, ubi tamen non ex pravo emendandi studio mendum ortum est, sed ex male intellectis compendiis scribendi. 2: 5. 2. in eo codice, unde PU orti sunt, primo omissa, deinde in margine videntur adscripta fuisse illa quæ nunc in PU desiderantur: *consecratus ... campus fuit*, adposito inter *fuit* et *ante* solito signo *hd*, quo ad ea quæ in margine vel alibi addita sunt, legentem rejicere solent librarii. Hæc nota in P retenta est; in U inde factum *hoc*. Non multum ab hac differunt notæ, quæ pro *enim* et *autem* eo tempore usurpabantur (cfr. Wattenbach, palæographia latina p. 24). Itaque facile explicatur, qui factum sit, ut 3: 52. 6, pro *quod autem istud* in P sit *quod h' istud*, in U *quid hoc istud* (U[2] *quid enim istud*), in G *quid hoc enim istud*. 8: 8. 5. in M est *leves autem*, in P. *leves h'*, in UG *leves hi;* 8. 22. 10. *fama autem* M, *fama h'* P, *fama* UG. Sic pro *iterum* (II.) sæpius *secundum* 6: 18. 1. bis, pro *cursore* II. (i. e. *iterum*) U 6: 11. 1. habet *cursore iis*; pro *dant* CCC, U: *dant tu;* 10: 21. 11. pro IV *gentes*, *ingentes;* 5: 29. 7. pro *innoxii denis*, UG: *in XII denis;* 9: 17. 11. pro *juvenes ii*, *juvenes duo*. 5: 13. 9. pro *collatis namque*, M habet *conlati sunt namque*, P: *conlati sunte namque*, U: *collatis ter namque*. Præterea vix

est quod moneam etiam in U ut in ceteris Cdd. magnam turbam ex confusione notarum, quibus *per*, *pro*, *præ*, *post*, *non*, *nunc*, *tamen*, *tandem*, *tunc*, *quid*, *quod* sim. significantur, ortam esse, neque minores errores procreasse male intellecta scribendi compendia, *s. c.*, *p. r.*, *r. p.*, *cons.* *(cos.)*, *quir.* et similia.

Quamquam igitur prave corrigendo interpolandoque multo sæpius U quam P veram scripturam corrupit, tamen haud raro meliora quam P, nonnumquam etiam quam M, servavit. Sicut 1: 1. 8. pro eo, quod MP habent *condendæque urbis*, U recte *condendæque urbi;* 3. 4. *coloniam deductam* U, *diductam coloniam* M; 1: 14: 4. *occupant* U, *occupabant* M; ib. *vastantur* MP, *vastatur* U; ib. § 5. *quia dextra* U, *qua dextra* MP; 15. 1. *stimulabat* U, *stimulabant* MP; ib. 3. *romanus* U, *romanos* P; 17. 11. *numeretur* U, *dinumeretur* M; 19. 5. *præficere* U, *perficere* M; 23. 1. *qua proxime* U, *quam proxime* P, *quam proxume* M; 24. 8. *tum illa die* U; ib. 4. *qua* U, *quam* PM¹; 28. 4. *hesternum* U, *externum* P¹M; 32. 2. *abiturum* U, *habiturum* PMH; 35. 1. *instare ut* MU, *instaret ut* P; 35. 8. *ubi* U, *urbi* MP¹; *crate* U, *grate* MP¹; 37. 6. *gesta res erat* U, *gestæ res erant* M; 39. 6. *serva* U, *servo* MPH; 44. 1. *maturaverat* U, *matura erat* P¹, *auraverat* M; 55. 3. *cum omnium* MU, *cum ex omnium* P; 2: 13. 11. *novo genere* U, *novo in genere* MP; 23. 5. *turba esset* U, *turba est* MP; 28. 9. *convolavere* U, *convolare* MRhen.; 34. 5. *sustentata* U, *sustenta* RhM¹P¹; ib. 12. *facile dictu* U, *facile dictum* MP; 39. 7. *quamvis* MU, *quam* P; 46. 2. *exacerbaverant* U, *exacervaverant* MP; 47. 2. *et ut ille* U, *et utile* P¹, *et ut illi* M; 54. 6. *proponat* U, *proponant* PMHL; 57. 3. *tribuni consulesque* U, *tribunique consules* RhMP¹, *tribuni et consules* H; 3: 2. 10. *certamini* U, *certaminis* M; 3. 7. *incedentem* U, *incidentem* MPL; 7. 5. *ab tusculano* U, *ab tusculana* MPHL; 8. 5. *inde demissum* U, *inde dimissum* MP, *inde missum* H; 9. 5. *circumstarent* U, *circuminstarent* MP; 11. 2. *jubebat* U, *juvevat* MP; 12. 4. *Sp. Furius* Ver. U, *Sp. Furium* PMH; 26. 9. *verteret* U, *verterat* MP; 33. 9. *in contionem* U, *in contione* P, *in contentionem* M; 37. 6. *obsederant* U, *obsedebant* M; 39. 4. *nec nominis* U, *nec nomen is* P, *nec nomen* M; 42. 2. *orantis* UH, *perorantis* MP; 10. *fecerit* U, *fecerint* MP; ib. 12. *decemvir* U, *decemvirum* MP; 42. 4. *committentes* MU, *comitantes* P; 44. 8. *sequeretur* U, *sequerentur* PMHL; 49. 3. *conaretur* U, *conarentur* MP; 52. 9. *ferant* U, *fuerant* P; 54. 11. *progeniem* U, *progenies* MP; 56. 7. *implorare* U, *implororet* M¹P; 57. 5. *dederit* U, *dederint* MP; 67. 4. *si in vobis* U, *sin vobis* MP; 67. 6. *hujus urbis* Veron. U, *urbis hujus* MP. ib. 7.

exulare Ver. U *exulari* MP; 70. 1. *facilitati* U, *facilitate* MPHL; 72. 2. *judici* U, *judicis* MP; 4: 1. 1. *nam anni* U, *nam animi* P[1], *anni nam* MRh.; ib. 2. 13. *non plebi* U, *non plebis* MP; 3. 9. *ne ea quidem* U, *nec ea quidem* MP; 5. 2. *non quantum* MU, *numquam tum* P; 7. 3. *pro firmato* U, *pro formato* MP, *pro famato* Ver.; ib. 4. *ab ardea* Ver. U, *ab ardeat* P, *ab ardeatibus* M; ib. 7. *coiere* U, *coirere* M, *colere* P; ib. 12. *inventa et* U, *invente et* MP; 8. 1. *idem* U, *id est* P; 10. *socios p. r.*, U, *socios* P; 12. 3. *nequiquam* UL, *nequaquam* MP; 13. 2. *clientiumque* MU, *clientium* P; ib. 3. *incederet* Ver., UL, *incedere et* P, *incideret* M; ib. 13. *consilii* Ver. U, *consilia* MP; ib. 14. *dedecorive* MU, *decorive* P; 14. 1. *rei ac* U, *rei ad* MP; 20. 4. *libram* U, *libra* PMHL; 29. 3. *signo* UH, *signa* PM; 33. 12. *eodem* U, *eadem* PMHL; 35. 4. *hospitum* U, *hospitium* PM; 37. 6. *dux esset* U, *duxisset* PMHL; 38. 5. *obire* MU, *obicere* P; 40. 3. *compotes* U, *compote* PMHL; 44. 6. *atratini* U, *aratini* M, *atranii* P; 45. 4. *appareret* U, *appararet* P; 46. 11. *a quo ipse* U, *a quo ipsi* P, *quo ipse* M; 46. 14. *urbe* U, *in urbe* P; 53. 2. *menenius* U, *menius* MPH; 53. 5. *ab hostibus* MU, *hostibus* P; 53. 8. *sint* U, *sunt* MP; 56. 3. *cujus eos icilii tum* U, *cujus eo sicilii citum* M[1], *cujus eo icilii citum* PM[2]; 56. 10. *tribunos plebi* U, *tribuni plebi* P; 57. 5. *dicturum* MU, *dictaturum* P; ib. 9. *tribunorum mil.* U, *tribuni militum* P, *tr. milia* M; 5. 1. 1. *parta* U, *parata* PM; ib. 4. *quia* MU, *qua* P; *quos* MU, *quod* P; 4. 2. *mihi ipsi* Ver. U, *mihi ipse* MP; 6. 1. *parata* U, *parta* Ver. MP; 6. 4. *adeone* U, *ne* P; 7. *primum illum* U, *primum illud* PMHL; 15. *quælibet* U, *que iubet* P; 8. 3. *lixarum in modum* U, *lixarum in domum* P; 10. 11. *non poterat* U, *non poterant* PMHL: 11. 9. *possint* U, *possit* P; 13. 4. *id sacrum* U, *ad sacrum* P; 15. 7. *in conspectu* MU, *in conspectum* PHL; ib. 11. *deserturos non esse* UH; *deserturos esse* PM; 12. *exsequebatur* U, *exsequebantur* (l. *exeq.*) PMHL; 16. 9. *romane* M, *romanæ* U, *rome* P; 18. 3. *non petentem* U, *non potentem* MP; ib. 3. *utilis*) *utili* U, *utilli* MP; *insequentem* U, *sequentem* MP; 20. 6. *prærepturas* U, *prærupturas* PMHL; 21. 6. *cuniculo* U, *cuniculos* PMHL; ib. 8. *exauditam in* U, *exaudita in* PML; ib. 16. *pertinuisse* U, *pertimuisse* MP; 24. 8. *parte plebis, parte senatus destinabant habitandos Veios* U (ut conjecerat olim Rhenanus), *partem plebi partem senatus destinabant habitandos veios* PML, *partim plebs partim senatus habitando distinabant veios* Ver.; 28. 10. *diurno* U, *diuturno* MP; 29. 8. *judicio* MU, *consilio* P; 33. 4. *oppugnandi* U, *oppugnando* P; 38. 7. *nec ulla* UM[2], *ne ulla* M[1]P; 41. 2. *eburneis* U, *eburnis* PMHL; 45. 8. *nocte insequente* U, *noctem insequentem* PMHL; 46. 5. *valido* MU, *valitudo* PHL; ib. 9. *custodia*

U, *custodiæ* M, *custodiam* P; 48. 1. *utrumque* U, *utrimque* MP; ib. 9. *allata* U, *ablata* MP; 49. 2. *renitentes* U, *retinentes* PMHL; 51. 10. *belli decus* MU, *bellum decus* P; 54. 3. *eam macerent* U, *eam agerent* MP; 6: 6. 7. *nec quiquam* U *nequicquam* PH, *nequiquam* ML; 8. 10. *ratus* U, *iratus* MP; 11. 7. *primus omnium* U, *primum omnum* MP; 12. 1. *inductum* U, *indictum* P, *induci indictum* M; 18. 7. *modo* U, *modum* M[1]P; 22. 9. *in aciem* MU, *aciem* P; 23 5. *qui adveniens* RhU, *quia adveniens* MP; 33. 3. *sese* MU, *esse* PHL; 36. 11. *quingenta* MU, *quinquaginta* P; ib. 12. *sorte creditum* U, *sortem creditum* MP; 38. 1. *dilata* MU, *dilatatata* P[1]; 39. 6. *in acie* U, *in aciem* MPHL; ib. 8. *omen* MU, *omnem* P; 7: 2. 8. *annos* MU, *annis* PH; 3. 9. *solvendæ religionis* U, *solvendæ religiones* P, *solvendæ religione* M; 9. 7. *rumpentibus* U, *erumpentibus* PM; 12. 14. *vociferari* U, *vociferare* MP; 16. 5. *tuus* U, *tutus* PML; 17. 10. *rediit* U, *redit* MP (eodem modo 28. 9); 40. 8. *his eram natus* U, *is eram natus* MPHL; 8: 1. 2. *evenit* U, *venit* MPHL; 8. 6. *frons* U, *foris* MPH; 10. 12. *hostiam* U, *hostia* MPHL; 12. 4. *victoria* U, *victoriæ* PMHL; ib. *nobili* U, *nobilis* MPH; ib. 6. *in deditionem* U, *in deditione* MP; ib. 15. *initum* U, *initium* MP; 15. 8. *extra* U, *dextra* MPHL; 23. 12. *q. publilius* U, *q. publius* P, *publius* M; 28. 2. *formaque* U, *forma quem* MP; 34. 10. *cæca et fortuita* MU, *cetera et fortuna* P; 36. 7. *imperatori* U, *imperatoris* MP; ib. 10. *magis publica quam* U, *magis quam publica* PH, *magis quam publicam* M; 38. 11. *quisque* U, *quisquis* PM; *obnixi* M, *obnixis* U, *obnoxii* PHL: 39. 3. *deleto* MU, *de loco* P; 9: 5. 9. *in patriam ad parentes* U, *in patriam ac parentes* MP; 7. 3. *ex alto animi* U. *ex alto animo* MP; ib. 15. *is consules creavit q. publilium philonem et l. papyrium cursorem iterum* U, *is consules creavit publilium philonem et l. papirium cursorem iterum* M, *is creavit q. publium philonem cursorem iterum* P (in margine addidit P[2] *et lucium papirium*); 9. 1. *nos quos salva* U, *nos quod salva* M, *nos quod salvare* P; 16. 5. *sineret* U, *sineret et* M, *sinerent et* P; 18. 4. *cernentes* U, *cernente* MP; 22. 3. *quo urbem* U, *quod urbem* MP; 27. 3. *utrimque* U, *utrique* MP; ib. 7. *pedite* U, *pediti* MP; 28. 5. *habitabatur* U, *habitatur* MP; ib. 7. *pontiæ* U, *pontia* MP; 34. 18. *antistitibus* U, *antistibus* PM; 36. 5. *accepere* U, *accipere* MP; 37. 4. *diei* U, *die* MP; 45. 11. *alii* U, *alius* MP[2]L, *auxilius* P[1]; 10: 1. 5. *specus eius* U, *specu eius* P, *specum eius* M[1]; ib. 2. 10. *parvas* U, *parvis* MP; 15. 8. *ut se cum Q. Fabio* U, *se cum Q. Fabio* MP; 18. 5. *profectum est* MU, *profectus est* P; 28. 12. *vociferari* U, *vociferare* MP; 31. 2. *et parte alia* U,[1] *et partem aliam* MPL; 33. 6. *vigilumque* U, *vigiliumque* P, *viciumque* M; 39. 7. *in dies ad altera romana*

castra U, *in dies altera romana castra* MP; 43. 11. *flamma late fusa* U, *flammæ late fusæ* MP; 46. 8. *coloniisque* U, *colonisque* MP.

In hac, quam instituimus inter P et U, comparatione semper quod primo scriptum in P, non quod corrigendo mutatum est, respeximus. Nam notum est duas alias manus in illo codice deprehendi, quarum una satis multa inter versus corrigendi causa interspersit, altera pauciora margini adscripsit. Atque ea quæ in margine adscripta habet P, sive docti alicujus hominis ingenio debentur, sive ex codice aliquo sumpta sunt, maximam partem optimæ notæ consensuque omnium fere editorum pro veris recepta sunt. Aliter res se habet in iis, quæ manus secunda (P^2) adscripsit. Nam ut multa recte emendata sunt, ita haud raro factum est, ut quæ P^1 prave quidem, sed tamen veri vestigia servans scripserat, ea corrigendo depravarentur longiusque a vero rectoque quam P^1 recederent. Hæc autem manus secunda codicis P tam multis locis cum iis, quæ U præbet, consentit, ut operæ pretium fore duxerim, inter P^2 quoque et U quænam ratio intercederet, paulo accuratius exponere. Qua in re quum codicem P ipse non inspexerim, fide mihi standum est Alscheffskii, quem vereor ne non semper satis accurate inter ea, quæ P^1 ipse correxit et ea, quæ secundæ manus sunt, distinxerit. Certe probabile videtur in P, ut in U aliisque codicibus, sæpius omnem correctionem vocis alicujus in eo consistere, quod una pluresve litteræ expunctæ sunt, quod utrum prima an secunda manu factum sit, dijudicari jam non potest.

Primum igitur consentiunt U et P^2 multis locis, ubi P^1 a vero aberravit. Ut 1: 34. 12, ubi P^1 habet *instrueretur*, P^2U recte *institueretur;* 35. 3. *in regnum* P^2U, *in regno* P^1; ib. 4. *qua* P^2U, *quam* P^1; 44. 1. *maturaverat* P^2U, *matura erat* P^1; 2: 15. 5, *exilio* P^2U, *exillo* P^1; 41. 6. *hæ gentes* P^2U, *egentes* P^1; 57. 3. *tribuni consulesque* P^2U, *tribunique consules* P^1; 3: 3. 7. *incedentem* P^2U, *incidentem* P^1; 12. 6. *ætatem* P^2U, *et tamen* P^1; 19. 12. *fato* P^2U, *facto* P^1; 52. 9. *ferant* P^2U, *fuerant* P^1; 55. 10. *fuerit* P^2U, *fuerat* P^1; 4: 1. 1. *anni* P^2U, *animi* P^1; 4. 1. *at enim* P^2U, *at enim vero* P^1; 31. 6. *secunda elati* P^2U, *secum delati* P^1; 5: 4. 4. *societate quadam* P^2U, *societate quamquam* P^1; ib. 9. *quam primum* P^2U, *qui primum* P^1; 5. 5. *primo pauca* P^2U, *primo causa* P^1; 10. 9. *familiari* UP^2, *familiaria* P^1; 14. 7. *igni noceri posset* P^2U, *ignoceri posset* P^1; 6: 8. 10. *tererent* P^2U, *terrerent* P^1; 42. 1. *idem* P^2U, *id est* P^1; 7: 12. 12. *cum fulta* P^2U, *confulta* P^1; 26. 5. *se alis os* M, *se ales os* UP^2, *se alios* P^1; 35. 6. *milibus* MP^2U, *militibus* P^1; 36. 3. *exanimat* MP^2U, *examinat* P^1; 8: 9. 8, *deis* P^2U, *dies* P^1; 13. 3. *belli* P^2U, *bellum* P^1.

Multo tamen sæpius iis locis P² cum U consentit, ubi P¹ verum habet, vel certe minus longe a vero aberravit: Ut 1: 2. 6. *fluvium* M, *fluminum* P¹, *flumen* P²U; 5. 6. *comparando et* P¹, *comparando* P²U; 10. 5. *escendit* P¹, *ascendit* P²U (similiter 5: 50. 8 et sæpius); 54. 9. *divisui) divisi* P¹, *divisa* P²U; 56. 1. *parvus) patruus* P¹, *patrius* P²U; 2: 11. 1. *porsinna* P¹, *porsenna* P²U (et sic sæpius); 19. 10. *ea quo* P¹, *eo quo* P²U; 30. 12. *coortos) cohortos* P¹, *cohortes* P²U; *ipsos qua exercitum* M, *ipsosque exercitum* P¹, *ipsos exercitumque* P²U; 49. 10. *dum et) et dum* P¹, *dum* P²U; 51. 7. *felicitate) felicitates* P¹, *felicitas* P²U; 55. 10. *conticiscente* MP¹, *conticescente* P²U; 3: 8. 7. *urbi is* M, *urbis* P¹, *urbi* P²U; 9. 5. *habituros* P¹, *habiturus* P²U; 26. 9. *satin salve* P¹, *satisne salva essent omnia* P²U; 33. 9. *iuxta* P¹, *iusta* P²U; 56. 4. *impie* P¹, *impune* P²U; 58. 5. *agebat* MP¹, *aiebat* P²U¹, *agebat* U²; 70. 8. *nuntios mittunt* M, *nuntios mittuntur* P¹, *nuntii mittuntur* P²U; ib. 9. *ordines sinistrum* M, *ordine sinistrum* P¹, *ordinem sinistrum* P²U; 4: 4. 5. *insignitior* P¹, *insignior* P²U; 47. 5. *circumdata* P¹, *circumdatum* P²U; 49. 1. *duo bella* M²LH, *aduo bella* M¹, *arduo bella* P¹, *ardua bella* P²U; 5: 8. 5. *potestatis* P¹, *potestati* P²U; 4. 11. *distans* P¹, *distant* P²U; 10. 9. *quæ nunc) quæ ne* MP¹, *quin* P²U; 11. 14. *incidentem* P¹, *incedentem* P²U; 13. 9. *collatis namque) conlati sunte namque* P¹, *conlatis ter namque* P²U; 28. 12. *sustinuerint* MP¹, *sustinerent* P²U; 35. 4. *invisitatas* MP¹, *inusitatas* P²U (similiter 37. 2); 45. 8. *duplicique* M, *publicique* P¹, *publicaque* P²U; 49. 7. *parens) pares* P¹, *pater* P²U; 6: 30. 9. *anno setiam) annos etiam* P¹, *anno etiam* P²U; 7: 21. 6. *missum* MP¹, *missus* P²U; 8: 20. 6. *in dicionem* P¹, *in deditionem* P²U; 25. 12. *inceptis* M, *inceptuis* P¹, *inceptum* P²U; 9: 17. 6. *Dareo* MP¹, *Dario* P²U (similiter 18. 3); 29. 9. *docuerant* P¹, *docuerat* P²U; 10: 23. 2. *præbitum) prebituum* P¹, *per biduum* P²U; 26. 1. *et productus* MP¹, *est productus* P²U; 27. 3. *samniti* M, *samnitii* P¹, *samnitiis* P²U; 33. 6. *quæstorium* M, *quæstorum* P¹, *quæstorem* P²U.

Aliis denique locis P² recte emendavit, P¹U pravum servant, ut 1: 16. 4. *aliquos* P², *alios* P¹U; 18. 8. *contra quo* P², *contra quod* P¹U; 33. 2. *veterum* P², *veterem* P¹U; 36. 4. *eludensque* P², *ludensque* P¹U; 37. 1. *hac parte* P², *ac parte* P¹U, et sic sæpius.

Nonnumquam etiam U² correxit quod U¹ cum P prave scripserat, ut 3: 39. 1. *obnoxie* U², *abnoxie* U¹P; 40. 2. *fratris* MU², *patris* PU¹; 55. 1. *restituunt* U², *resistunt* U¹P; 63. 2. *nuntius* U², *nuntiis* U¹P; 5: 38. 2. *frontes* MU², *fortes* PU¹; 51. 6. *omnium* MU², *hominum* PU¹; 6: 18. 2. *ne quo* U², *ne quod* PU¹; 7: 8. 2. *restaret* MU², *restauret* PU¹.

Videmus igitur ex his, quæ attulimus, scripturas manus secundæ codicis P simili, quamquam non eidem, codici atque U originem debere. Uterque enim haud raro verum restituit, sæpius interpolando et audacter mutando in deterius mutavit et vestigia veri obscuravit. Quæ quum ita sint, apparet P[1], quamvis ignorantia sæpe lapsus aberrarit, tamen, si universam rem spectes, multo majore fide dignum esse quam P[2] et U.

Pauca etiam videntur dicenda de iis scripturis, quæ in duobus foliis tertii quaternionis et in quattuor ultimis codicis U occurrunt. Atque ex iis, quæ peculiaria habent duo illa priora folia, patet ea descripta esse ex aliquo codice ejus generis, quo usi sunt ii qui ante Aldum Livii libros ediderunt. Cfr. 1: 57. 7. *inopinato;* 10. *benigne suscepti; a nocturno;* 58. 2. *morieris;* 3. *nullam opem* om.; 5. *amicis fidelibus;* 6. *maestam in cubiculo sedentem;* 60. 1. *venere*; 2. *concitaverat;* 3. V *et* XL; 2: 1. 1. *regnaverunt*; *deinceps omnes;* 4. *advenarumque;* 6. *temperatio imperii;* 8. *retinuere; fuit* om.

Aliter se res habet in quattuor ultimis foliis, quæ eadem recentioris ætatis manu scripta sunt. Namque in his tantus est cum P et G consensus, ut aut ex his simillimo codice, aut fortasse ex ipsius codicis U nondum deperditis, sed aqua vel alia re corruptis foliis descriptum esse statuere liceat. Ac videtur is qui hæc scripsit operam dedisse ut tantumdem singulæ suæ paginæ continerent, quantum paginæ ejus quod descripsit exemplaris; nam quarta pagina, in qua minutioribus litteris scripsit, quattuor fere versus vacuos habet neque tamen quidquam omissum est. In quinta autem pagina suprema quattuor versus supremæ paginæ tertiæ repetivit, deinde animadverso errore rursus induxit; id quod ita facile explicari potest, si statuimus, quattuor illa antiqua folia Codicis U tum e compage revulsa fuisse. Unum tamen videtur obstare, quominus existimemus, ex ipsis antiquis foliis codicis U hæc descripta esse. Nam et in P et in G omissa sunt verba *proponit exeunti iam forte in aciem nuntiat perfuga*, quæ omnia præter v. *forte* habet U. Sed possunt hæc verba margini codicis U adscripta fuisse.

Supra attulimus satis multos locos, ubi meliorem scripturam quam P, non numquam etiam quam M, servavit U. Sunt autem omnia illa ejusmodi, quæ ab editoribus plerisque jam recepta sint. Restat, ut videamus, num quid præterea præbeat U, quod receptu dignum videatur. Atque non multa ejusmodi inveniri vix est quod moneam. Nam præterquam quod codex ipse, quamquam melioribus sine dubio est adnumerandus, tamen fide atque auctoritate Mediceo et Parisino inferior est, summus ille vir, qui in emendatione Livianorum librorum his nostris temporibus egregiam operam collocavit, Madvigius, tanta

sagacitate errores, qui ceterorum aciem fugerant, detexit, tantaque ingenii felicitate verum inventum restituit, vix ut quidquam aliis superesse videatur. Dubitanter igitur et qua decet verecundia ea proponam, quæ in U rectius scripta aut certe non indigna notatu videor invenisse. Ac primum quidem in eo, quod 2: 45. 13. scriptum habet: *certum est atque decretum non dare signum, nisi victores se redituros ex hac pugna jurent*, pro quo PM præbent *jurant*, non diutius commorabor; nam utrumque quum recte dicatur, in eo videtur standum esse, quod MP præbent. Sed quod ib. § 15 U habet, *nunc armato sibi quisque* pro *armati sibi quisque*, fortasse recipiendum est, quamquam Madvigius in præfatione satis multa exempla durioris illius attractionis generis collegit, quibus defendi possit *armati*. Deinde quod 2: 47. 6. in U primo scriptum est *globus juvenum*, omisso *unus*, certe vox illa *unus* sine sententiæ ullo damno abesse potest; nisi forte statuere volumus, omnes eos, qui paulo ante *quacunque exitum ostenderet spes*, *vano aliquoties impetu isse* narrantur, in unum jam globum se congregasse, id quod parum probabile videtur. — 5: 39. 1. quod U scriptum præbet: *primo steterunt* certe non minus apte hoc loco dicitur, quam quod in aliis codicibus est *primum stetere;* quod idem dici potest de alio loco 7: 34. 12. ubi tamen in scriptura *primum* consentiunt codices; contra pro *primo*, quod præbent codices 6: 31. 3. haud scio an scribendum sit *primum*. — 6: 28. 7. quod U præbet *quem* ... *centum annorum pace obnoxium tenuerint*, ut ex conjectura natum esse posse non nego, ita non minus probabile est hoc loco ut multis aliis in PM ad proximam vocem *pace* accommodatum esse adjectivum indeque ortum *pace obnoxia*. — 6: 32. 5. M¹P habent *qui si qui alibi motus exstitisset*, *ad subita belli mitti posset*, U pro *exstitisset* scriptum habet *exstitissent*, quod sane hoc loco præferendum videtur non minus, quam singularis 9: 27. 2. — Quod in U 6: 35. 9. scriptum est *ne qd iubet*, si non sola hujus codicis auctoritate niteretur, facile aliquem adduceret, ut scribendum putaret *ne quid juvet*. — 6: 39. 8. magis placet quod U præbet *plebejo consuli magistrum equitum ex plebe dicendo*, quam quod in melioribus est *plebejo consuli magistro* ... *dicendo* (cfr. Wölfflin, Livianische Kritik p. 16). — Satis mire in uno U 7: 15. 1 scriptum invenitur *neque sustineri poterant*, *ni* ... *fuisset*, quum reliqui codices præbeant *potuissent*. Habet Livius ejusmodi impf. duobus locis; 7: 7. 9. *neque sustineri poterant*, *ni extraordinariæ cohortes* ... *se objecissent*, et 45: 20. 5. *si sordidam vestem habuissent*, *lugentium Persei casum præbere speciem poterant* (cfr. Johanson, de usu modorum in verbis debere, posse sim. Upsaliæ 1868), reliquis locis, (ut 4: 12. 7, 10: 14. 17, 27: 27. 5, 34: 62. 18), conj. plpf. An locum illum si-

millimum 7: 7. 9. librarii animo obversatum esse putabimus? — 7: 30. 4. U habet: *ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam suscipiamur, sed ut hi vetustate ... nos præstent*, reliqui codices *hi* omittunt (M pro *suscipiamur* habet *accipiamur*, quod receperunt editores). Hoc loco ipsa contrariorum inter se relatio postulare videtur, ut aut *hi* aut *ii* præcedenti *nos* opponatur; quare non dubito, quin veram hoc loco scripturam retinuerit U, præsertim quum *hi* post *ut* facile excidere posset. — 8: 8. 9. U præbet *in intervalla ordinum suorum principes recipiebant*, reliqui codices hoc loco *suorum* omittunt, paulo post § 12 in eadem re scriptum habent: *ubi in intervalla ordinum suorum . . . recepissent.* potest certe *suorum* abesse, sed nihilo minus hoc quam illo loco. — 8: 9. 8. U habet *pro populo Romano Quiritium*, PM. *pro r. p. Quiritium;* quum autem in hac conjunctione sollemnis sit formula *populus romanus Quiritium*, non *respublica Quiritium*, aut standum est eo, quod præbet U, aut, si magis id placet, Gronovii conjecjectura *pro republica populi romani quiritium* recipienda. — Pro eo quod reliqui codices scriptum habent 8: 36. 6. *ipse circum saucios milites inserens in tentoria caput*, U et Rottendorfianus codex præbent *ipse circumiens saucios* cet.; quum facillime fieri posset, ut inter *m* et *s* excideret *iens*, non dubito, quin hoc quoque loco verum retinuerit U. — 9: 26. 7. bene sane U: *ingens erat magistratus eius terror. Itaque sive is timor;* P omittet *is*, M vestigium ejus voculæ retinuit; scriptum enim habet: *sivei timor.* — Quod 10: 33. 8. scriptum habent PU: *fama tumultuosior etiam quam res erat* (M: *res erant*), commendatur similibus plane locis 4: 56. 8. *tumultu majore, quam res erat* et 10: 4. 1. *nuntiata ea clades Romam majorem, quam res erat, terrorem excivit.* Quæ exempla Drakenborckius ad pluralem defendendendum affert alius generis sunt. Item 7: 25. 10. videtur scribendum *redierat res ad Camillum*, non *redierant*, ut in formula sollemni *ad interregnum res rediit* (1: 22. 1, 7: 28. 9.) et his in locis 1: 32. 1. *mortuo Tullo res ... ad patres redierat*; 6: 6. 3. *res ad Camillum rediit;* 3: 41. 6. *si leniter ducta res ... ad consules rediisset.* Etiam 7: 14. 5. constans Livii usus postulat, ut scribatur *jamque haud procul seditione res erat;* cfr. 6: 16. 6. *haud procul seditione res erat;* 24: 28. 1. *quum non procul seditione res esset;* 35: 50. 4. *erat enim haud procul seditione Athenis res;* 1: 25. 13. *res prope metum fuerat*; 2: 48. 5. *res proxime formam latrocinii venerat;* 6: 42. 10. *prope seditionem res venit.* Atque nescio an etiam 7: 26. 11. scribendum sit *res trahi segnitia Græcorum videbatur*, ut 27: 40. 2. *rem ad id tempus extractam esse* et aliis locis. Contra pluralis videtur præferendus 10: 6. 1. *E-*

truscum adversæ belli res et indutiæ quietum tenebant; neque enim una tantum adversa res iis acciderat; cfr. præterea *ægræ res* 9: 20. 5; *afflictæ res* 25: 37. 19; *lætæ res* 7: 27. 1; *pacatæ res* 10: 6. 1; *tranquillæ res* 3: 25. 4, 4: 41. 8, 28: 19. 4; *quietæ res* 5: 1. 8, 6: 32. 1, 42. 4, 39: 42. 1; *prosperæ res* 24: 48. 1; *fractæ res* 10: 44. 7.

Restat locus anceps et lubricus de ordine et collocatione verborum; qua in re U non raro a P, sæpius ab M discedit. Atque tutissimam certe viam is secutus fuerit, qui unum, si fieri potest, ducem sibi sequendum elegerit, reliquos tum demum consulendos putet, quum ille manifesto aberrarit. Sed sunt quidam in medio velut positi loci, ubi, ut præfracte negare non possimus, Livium sic, ut in uno aliquo vel pluribus codicibus exstat, scribere potuisse, tamen in dubium saltem vocare liceat, itane re vera scripserit. Nam si sententiæ melius consulitur alio verborum ordine, etiam deterioris codicis auctoritati videtur aliquid dandum esse. Neque, si inveniemus constanter fere hunc vel illum verborum ordinem a Livio observari, tantum uni alicui codici tribuendum videtur, ut ab eo recedere nobis non liceat. Atque quod 1: 14. 1. pro *agmine uno* U habet *uno agmine*, quamquam pluribus locis, ut 2: 30. 14, 6: 9. 10. 9: 30. 5, 34: 8. 2. sustentatur, tamen, quum *agmine uno* scriptum inveniatur 2: 65. 6, 5: 40. 5, melioribus est parendum. Quod 1: 23. 7. præbet U *non redditas ex foedere res*, pro eo, quod in melioribus est, *non redditas res ex foedere*, melius illud quidem videri potest, sed habet tamen locos ejusmodi Livius, quales sunt 41: 5. 1. *in capta castra ab Histris*, ubi a more solito receditur. Majorem probabilitatem habet, Livium 1: 25. 2. sic scripsisse, quemadmodum in U exstat: *præsentis magis periculi quam curæ expertes*, potius quam *periculi magis præsentis;* certe major vis eo additur voci *præsentis*. 1: 27. 11. U habet: *alii, dum cunctantur in ripis inter pugnæ fugæque consilium oppressi;* PM inverso ordine: *fugæ pugnæque;* illud præterquam quod simillimo loco 1: 14. 8. *inter pugnæ fugæque consilium trepidante equitatu* defenditur, etiam a sententia ipsa commendatur, quum hostium in ripis cunctatio a pugnandi potius quam fugiendi consilio nata videatur. Objici sane potest verba illa *inter fugæ pugnæque consilium* cum v. *oppressi* conjungenda esse, idque Madvigius interpunctione significavit. Sed non minus apte cum prioribus conjungi possunt vel potius utroque pertinent. Quod 3: 67. 6. dissentiens ab MP præbet U, *hujus urbis*, pro eo, quod illi habent, *urbis hujus*, commendatur codicis Veronensis auctoritate. Haud raro tamen Livius pronomen illud altero loco habet, ut 1: 16. 6, 9: 34. 19. (hic quoque U habet *hujus urbis*) *urbis hujus*, 1: 28. 6. *itineris hujus*, 4: 45. 8. *ordinis hujus*, 5: 54. 6. *loci hujus*, 8: 3. 7. *sorore hujus*, 10: 8. 2. *po-*

puli hujus, 40: 37. 8. *veris principio hujus.* Quod 4: 7. 1. in U scriptum exstat *concordia domi etiam foris pacem* ob contrariorum inter se oppositionem magis placet, quam quod in reliquis est: *pacem etiam foris.* 4: 43. 12. U scriptum habet: *quominus quattuor quæstores promisce de patribus ac plebe libero suffragio populi fierent*, quod quum is, qui verba facit, vir patricius sit, non tribunus plebis, præferendum videtur receptæ scripturæ *de plebe ac patribus.* 7: 8. 4. meliores codices præbent: *neque tam vires pares quæ superaverit res facile dictu est*, U: *tam pares vires.* Quo loco nullam prorsus causam tam duræ verborum trajectionis reperio. Unum exemplum ejusmodi apud Livium inveni 1: 39. 4: *juvenis evasit vere indolis regiæ.* — Etiam quod 8: 4. 3. in U scriptum invenitur *quem secernere ab se consilia bellis propriis sumendis ponendisque nolint*, si sententiam spectes, melius videtur, quam quod MP præbent *ponendis sumendisque.* Nam prius ac potius est *sumere*, quam *ponere bella*, potiorique prior locus dandus. 8: 14. 1. pro eo, quod meliores codices habent, *quum aliorum causa alia esset*, U, id quod ad consuetudinem et Livii et aliorum scriptorum magis accommodatum est, præbet: *quum aliorum alia causa esset.* Rectius etiam videtur quod in U scriptum est 9: 18. 18. *immo etiam plus eo periculi subisset*, quam quod in aliis est *immo etiam eo plus;* neque enim bene inter se divelluntur *etiam* et *plus.* — Magis consuetudini Livii etiam illud convenit, quod 10: 35. 14. U præbet: *quod se quisque dignum ducerent*, quam quod in aliis est: *quod se dignum quisque ducerent.*

Ad finem jam perducta hac disputatione, quid ea videri possit effectum, paucis comprehendam. Codex Guelferbutanus ita Upsaliensi similis est, ut haud multum absit, quin ex hoc descriptum esse putemus. Sed quum multo plura vel ignorantia corruperit vel negligentia omiserit neque quidquam boni contineat, quod non idem in Upsaliensi inveniatur, nullius præ hoc putandus est esse momenti. Upsaliensis, Parisino cognatus, quamquam nonnulla habet meliora quam ille, tamen minore fide etiam in iis, ubi meliora præbet, dignus, quam Parisinus videtur. Veruntamen et propter illa, quæ recte scripta habet, et quia, quibus velut gradibus a melioribus ad deteriores codices descensum sit, luculenter demonstrat, haud indignus est, qui a pluribus accuratius cognoscatur.

Corrigenda:

		Scriptum est:	Scriptum oportuit:
p. 5	v. 23	sic ratum U, sic gratum	sic ratum) sic gratum U
„ 7	„ 19	parentis — sui U,	parentis sui U,
„ 8	„ 24	e somno *u* —	e sómno *u*,
„ 13	„ 2 ab imo	agram	agrum
„ 14	„ 2	et cccc) U	et cccc U
„ 17	„ 22	agebat U'	aiebat U[1]
„ —	„ 30 ab imo	quam. 5.	quam —
„ —	„ 9 ab imo	U'. —	U'. 5.
„ 18	„ 25	U',	U,
„ 19	„ 13 ab imo	piatum.	piatum — contacta) contracta.
„ 21	„ 2	pl.	plebis
„ —	„ 13	et ad)	11. et ad)
„ —	„ 3	7 M.)	7. deducta) ducta — M.)
„ —	„ 2 ab imo	qua)	qua M.)
„ 22	„ 23	eamde)	eam de)
„ 23	„ 8	perferri.	perferri — quod nos) qui nos
„ 24	„ 7	sic) his	sic igitur) his igitur
„ 25	„ 4 ab imo	ad prædam	5. ad prædam
„ 27	„ 4	erecta U'	erecta U
„ 28	„ 8	non observatam U,	observatam U,
„ —	„ 13	etiam maiora. 13.	13. etiam maiora —
„ 22	„ 22	a romanis U²,	a romanis U²G,
„ —	„ 28	5.	6.
„ 29	„ 3	7. pavorem	6. pavorem
„ —	„ —	— obnoxium	7. obnoxium
„ 34	„ 2 ab imo	(*om.* qui)	(*om.* que)
„ 35	„ 4	criminibus G	criminibus U, criminosis G
„ —	„ 9	comicis	10. comicis.
„ —	„ 11 ab imo	mamercinus U', mamercus U²	*del.*
„ 35	„ 5 ab imo	a tribunis	a tribunis —
„ —	„ 14	receptus U¹, receptis U²	receptus U², receptis U¹
„ —	„ 19	(*om.* in)	(*om.* non)
„ 37	„ 13	diei	diei —
„ —	„ 15	circumductus	circumductus —
„ 40	„ 4	creatum	12. creatum
„ —	„ 5	14. objectus	— obiectus
„ 41	„ 1	U	U'
„ —	„ 7	6. agebant. *del.*	
„ —	„ 9	et LX	et XL









